

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/







eby Google





\$

.

.

. . •

.

k.

•

•

)

.

IOANNIS ALBERTI FABRICII THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

ŚCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIONOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE / GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN SEPTIMVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN A. C. MDCCCI

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.



Digitized by GOOGLC

Digitized by Google

SYMME VENERABILI ET CELEBERRIMO CAR. AVG. GOTTLIEB KEIL

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI SACRARVM DOCTRI-NARVM PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO IN VNIVERSITATE LI-TERARVM LIPSIENSI CAPITULI CIZENSIS CANONICO ATQVE SENATUS ECCLESIASTICI LIPSIENSIS ADSESSORI

VIRO INGENII ET ERVDITIONIS FAMA FLORENTISSIMO

VNIVERSITATIS LIPS. NON MINVS QVAM REIPVBLICAE LIT-TERARIAE ORNAMENTO

AMICO VETERI ET CANDIDO

CVIVS SINGVLARI AMPLISSIMAEQVE LITTERARVM COPIAE AT-QVE LIBERALITATI ETIAM HOC BIBLIOTHECAE GRAECAE VOLV-MEN PRAECLARAS DEBET ACCESSIONES ET LVCVLEN-TISSIMA MIRAE SOLIDAEQUE SCIENTIAE DOCVMENTA

Digitized by GO

NEC NON CELEBERRIMO IO. BAPTIST. CASP. D'ANSSE DE VILLOISON

CIVI GALLICO ET PROFESSORI LINGVAE GRAECAE VVLGARIS AD BI-BLIOTHECAM PVBLICAM PARISIENS. CONSTITUTO MVLTARVM ACA-DEMIARVM LITTERAR. SOCIO

VIRO TANTAE HVMANIȚATIS ATQUE COMITATIS QUAM MEMET IPSVM , A PLURIBUS ANNIS ABUNDE EXPERTUM ESSE GRATO ANIMO PROFI-TEOR MEMOR QUOQUE VOLUPTATIS QUAM OLIM EX COLLOQUIO VI-RI ELEGANTISSIMI EX ITALIA ÎN GALLIAS PER ERLANGAM REDEUNTIS CEPI, QUANTA ÎNGENII ET MULTA-RUM LITTERARUM LAUDE FLOBENTISSIMO

CRITICO SVBTILISSIMO ET ACVTISSIMO

IN IPSA GRAECIA HABITANTI

CVIVS INCREDIBILI STVDIO ET SOLLERTIAE LITTERAE GRAECAE ET IPSA - BIBL. GRAECA FABRICIANA MVLTA DEBENT ORNAMENTA

Digitized by GOO

H O C

VOLVMEN SEPTIMVM

SACRYM

T T

TAMQVAM TESSERAM PIAE GRATAEQVE MENTIS ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES.

Digitized by Google

Volumen hoc *feptimum*, quod offero TIBI, LECTOR BENEVOLE! TVAEque commendo indulgentiae, vt opinione atque exspectatione serius prelum relinqueret, non mea culpa sugaque laboris factum est. Continet autem maximam partem libri V. sue voluminum quinti et sexti vet. edit. in quibus agitur de scriptoribus graecis christianis et de graecis auctoribus anmalium atque historiae tam ecclesiasticae, quam Byzantinae. Mecum qui-

dem

Digitized by Google -

dem constitueram, patres, qui voeantur, et scriptores ecclesiasticos feiungere a reliquis profanjs auctoribus, illorumque historiam, a Fabricio enarratam, et necessariis accessionibus locupletandam, separatim edere. At enim, quod multi scriptores ecclesiastici iidem vel annales et chronica concinnarunt, vel historiam expoluerunt Byzantinam, atque Fabricius artiffime coniunxerat eos; metuendum erat, ne illorum capitum distractione maior oriretur confusio, bis eadem dicerentur, corpusque Fabricianae bibliothe-Quare, quantum fieri potuit, in hoc volumine cae nimis discerperetur. pristinum retinui ordinem : qui tamen in priore parte, me inscio inuitoque, aliquantum perturbatus eft. Nam, quod vener. mihique a pluribus annis amiciffimus KEIL, Doctor et P.P.O. doctrinarum facrarum in litterarum vniversitate Lipsica celeb., me rogante, illius partis, in qua de scriptoribus ecclesiafticis deperditis et nonnullis aliis saecul. II. et III. agitur, illustrandae fusceperat prouinciam, (qua quam scite intelligenterque sit functus, quilibet facile perspiciet, nec erit, quod studium ac diligentiam illius amplissimis praedicem verbis; at meum eft, VIRO Optimo atque integerrimo gratias palam perfoluere debitas) post pag. 334. sequi debuit caput II. de S. Athana-, fio et Ephraimo Syro cum meis supplementis. Atque diu antea mstum miferam librario, viro honesto. Sed, nescio, quo fato, aut cuius incuria factum sit, (forsan, quia plagulae, a me prelo paratae, propter temporis longinquitatem memoriam oculosque typothetarum effugerant,) vt

ope-

Digitized by Goog

VIII

operae in caput IV. de Eufebio etc. fiue pag. 30. vol. VI. vet edit. (nam caput III. a quo initium vol. VI. in edit. vet. factum erat, de Conftantino M. in fuperiore volumine iam locum fuum obtinuit,) fubito inciderent et nihil erroris fufpicantes continuarent laborem. Atque error errorem, fed h. l. facile condonandum, gignere folet. Namque in linea fuprema, vbi volumen et paginae veteris editionis indicari folent, a pag. 335. vsque ad pag. 729. loco vol. VI. perpetuo excufum eft vol. V. Illud vero de Athanafio etc. caput quoniam in hoc volumine postea commodo loco haud potuit inferi: cogor, ne ordinem mifere turbem et misceam fumma imis, vt post fectiones de scriptoribus Byzantinis postiliminii quasi iure reducam atque reponam.

Praeter ea symbolam contulit et sectionem de Methodio (pag. 260. sqq.) copiofis doctisque animaduersionibus auxit ornauitque ven. et vinculo adfinitatis mihi iunctissimus, SIXT, Doct. et P. P. O. facrarum litterarum cel in Altdorfina litterarum vniuersitate. Reliqua capita ego qualibuscumque, quae mihi quidem necessaria videbantur, aut erant cognita, amplisicaui supplementis. Neque vero ignoro, plura potuisse latius explanari. At primo, (vti iam pag. 2 in nota monui,) quae de scriptoribus ecclessafticis, eorumque vita, fatis, doctrina, placitis aut esiam erroribus potuerant fusius explicari atque declarari; ea potius pertinent ad historiam ecclessafticam, et

Digitized by GOOGLE

ab lis, qui aut fata atque historiam coetus christiani persegui solent, aut fingulorum vitam in peculiaribus libris enarrare, iam vberrime exposita funt, et in vtramque partem disputata. Quapropter ad illos ablegare huius partis historicae cupidos satius esse duxi. Deinde viri docti, quorum auctoritas apud me plurimum valet, et iple operis huius redemtor, Bolmius meus, cuius vt'sententia multum ponderis habeat, est necesse, valde vrguen', iure poscunt, vt vela contraham, opusque quantocius perducam ad exitum, ne, vt alia haud leuia praetermittam argumenta, grandi mole lectores atque emtores deterreantur. Sunt quidem alii, nec pauci, viri docti, praesertim exteri, qui fuadeant, vt nihil, quod olim collegit ad B. Gr. et edidit Fabricius, omittam, immo vero omnia exponam latisfime, quia non cuncti omnia, ad quae prouocem, scripta, aut vbi a Fabricio olim recepta, a me autem exclusa, reperiantur repetitaue sint, ad manus habeant, et tamen desiderent legere, et quae aliae ab illis adduci solent rationes, eaeque admodum validae nec iniuftae.

Arduum igitur opus est, omnium VV. doctorum voluntati respondere. Interea tamen propter temporis iniquitatem omniumque rerum caritatem, quae maximam Europae partem premit, marsupiis multorum sunesto diuturnoque bello exhaustis, necessitati et Bóhnii mei voluntati cedendum esse existimaui. Quare non solum breuitati sudui guam maxime; sed etiam

plurá

Digitized by GOO

plura, quae Fabricius infarserat; partim forsan aliis laboribus districtus ad vokumen explendum, partim, quia ipfius actate nondum fuerunt euulgata, refecui. Sic omifi pag. 20. Hermae fragmenta, et pag. 149. excerpta Theodoti priora, caussaque omissionis fignificaui. Volumini quinto vet. ed. subnexuerat Fabricius Leonis Allatii 'doctas diatribas de Nilis eorumque scriptis, atque de Psellis et corum scriptis, additis supplementis et animadversion. nec non eiusdem de libris ecclesiasticis Graecorum differtatt. duas, quarum vna, divinorum officiorum potiores vsitatioresque libri percenfentur; altera Triodium, Pentecostarium et Paracletice examinantur, ad edit. Cramoisianam Paris. MDCXLIV. additis notis, supplemento et indice, atque elencho alphabetico Melodorum graecorum. Insuper Allatii diatribae de Pfellis, ad edit. romanam Mascardi a. 1634. recusae, subiunxerat Mich. P/elli Didaonalíav mavrodamív fiue de omniuaria dostrina capita et quaeftiones ac responsiones CXCIII. ad Michaelem Ducam, imp. CPolit. ex apographo Lindenbrogiano, quod exstat Hamburgi in bibl. S. Iohannis. graece nunc primum editam et latine versam. Omnino doctae fant Alla. til diatribae; at longiores, quam vt in hac noua editione possint commode recudi, praeterea multa continent, quae a Bibliotheca graeca iure queant Quare potius, quando ad Nilos et Pscillos processerit oratio, noabesse. tatu digna necessariaue ex illis libris dabo excerpta.

P/elli

Pselli autem de omnigena doctrina capita ideo repetere nolui, quia opusculum minus integrum est, nec omnino correctum. Sunt enim illa capita CXCIII. (Fabricius auteni reuera ediderat tantummodo CLVII.) in codd. regiis Taurimensibus CCCXXXI. et CCCLXVII. Atque confector catalogi codd. regg. Taurinens. gr. pag. 414. adleuerat, Fabricium perperam putaffe, in capp. CLVII. quae publicarat, omnia haberi argumenta, quae in cod. Allatiano capp. CXCIII. distincto. "Instituta enim, ait, accuratissima codicis comparatione cum editione', fingulisque capitibus ad amuffim expensis, reyera in editione Fabriciana triginta quinque capita defiderari adnotauimus, quae in codice nostro, Allatiano prorsus simili, leguntur: cui quidem codici alius etiam adstipulatur, inferius recensendus, (n. cod. CCCLXVII.) eadem omnino capita complectens. Multum igitur abest, vt integrum Pselli opusculum Fabricius ediderit: et vberior profecto ex codd. nostris parari potest, eaque correctior, quum multis in locis variantes fint lectiones non parui momenti."

Quod ad Leonis Allatii opus de libris ecclefiafticis Graecorum etc. adtinet; id per se doctum est vtileque lectu, permultaque egregie scripta congesta continet: nec tamen pauca, quae ad antiquitatis christianae potius, quam ad litteraturae graecae historiam, fiue ad Biblioth. Gr. sint referenda. Rebus sic se habentibus, num id integrum instar supplementi aliquando sit

ad-

Digitized by GOOGLE

XIL

adtexendum, an in compendium redigendum, an plane remouendum snostra B. Gr. tempori et eruditorum iudicio relinquendum mihi videtur.

Praeter ea in altera libri V. parte siue in vol. VI. vet. ed. in hoc autem vol. VII. pag. 741. sqq. Nicetae fragmentum de statuis aeneis igni traditis etc. et pag. 744. sqq. argumenta librorum Nicctae the famri orthodoxae fidei, alibi obuia, a corpore B. Gr. tamquam membra in praesenti haud omnino necessaria refecui.

In volumine autem sequenti posse, arbitror, excludi Pfelli encomium in metaphrasten Symeonem, in primis indicem capitum in Eudociae Iwux, et quae de Constantini Porphyrogeniti caerimoniali copiose fuerunt relata: siquidem vtrumque opus, Fabricii aetate adhuc ineditum, postea lucem adspexit. Omittam denique, si viris eruditis placet, conspectum chronologicum historiae CPolitanae, indicem patriarcharum CPolitan. post captam a Turcis CPolin, atque catalogum imperatorum ac patriarcharum CPolitanorum, ordine alphabeti compositum. Pari ratione, fi deus vires vitamque concesseri, in reliquis voluminibus pertractandis, ne languescat studium emtorum et operis redemtoris, versabor, iis, quae ad bibliothecam graecam proprie non spectent, aut alibi iam excusa profieut, exclusis, et iis duntaxat, quae maxime necessaria videantur, quantum praestare miht, tenuium virium probe conscio, licebit, colligendis supplendisque.

TV

Digitized by ${f ar{ar{b}}} O($

XIII

XIV

TY vero, L. B. conatibus meis fauere pergas, et fidem ac follertiam Beckii, (cuius liberalitati atque eruditioni praeterea haud paucas easque egregias debes accessiones,) atque Kunoelii, virorum celeberr. in tollendis peccatis typographicis grato animo mecum agnoscas velim. Equidem ego mihi ipse viderer ingratus inhumanusque, nisi viris illis praesantissimis mihique amicissimis gratias palam agerem, quas possium, maximas.

Scr. Erlangae d. XXVIII. April. cIoIoccci.

[I. A.

Digitized by GOOGLE

[I. A. Fabricii praefatio ad volumen quințum veteris editionis, fcripta ad priorem edit. a. 1712.]

AD LECTOREM.

Scriptorum veterum Christianorum, sue ecclesiasticorum, notitia ita multifariam et tam multorum virorum eruditorum stylo tradita est, vt Io. Andreas Bosius, ingens cum viueret gloria Salanae Academiae, librum paene compleuerit recensione Auctorum, qui in hoc genere elaborarunt. Post illam publicatam Bosii introductionem, recentifiunique ab-co laudati *Philippi Labbei* S. I. de scriptoribus ecclesiasticis edita Volumina, in eodem stadio cum laude decucurrerunt Viri praestantissimi, in Gallia quidem candidus mitacque diligentiae, modestiae ac probitatis scriptor, Seb. Nanus de Tillemont, qui tamen non vltra prima quinque saecula est progressi, vi Nic le Nour-

Digitized by GOOGLE

ry,

ry, monachus ord. S. Benedicti, vir et ipse doctifiimus, non vltra secundum : Lud. Elias du Pin, theologus Sorbonicus, cuius quoque in argumentis breuique quorumlibet etiam maximae molis et varietatis scriptorum ecclesiasticorum tradendo conspectu versata cst industria, Natalis Alexander, ord. Praedicator. monachus, sed qui in hac scriptorum notitia, nisi vbi criticas controuersias de dubiae fidei monumentis attingit, de industria brevior esse voluit, atque Casimirus Oudinus, Praemonstratensis tum presbyter, postea reformatis sacris addictus, qui minus in graecis, plus in sequioris maxime aetatis latinis monumentis persequendis Audii adhibuit. Galliae quoque originem debent Franciscus Combefisius, ord. Praedicator. qui tomo primo Bibliothecae suae Concionatoriae, de scriptoribus bene multis ecclesiafticis haud contemnendas observationes praemisit, et Paulus Colomefus, Anglicanae ccelesiae presbyter, cuius non adeo prolixa quidem, sed selecta et minime protrita de S. E. paralipomena saepius viderunt lucem, tum ambo Annalium ecclesiae, doctifiimi aetate nostra scriptores, Antonius Pagi, ord. Minorum conventus S. Francisci, post absolutum opus suum Aquis Sextiis a. MDCXCIX. defunctus, et alter etiamnum, ac diu opto super-Ates Zutphaniae, Samuel Basnagius, Flottemanuillaeus, qui vtrique dum Baronium suum supplent vel castigant, non pauca etiam de Scriptoribus ecclefiasticis monuere haud poenitenda. Ex Anglis venerandus meritis, eruditione ac virtute senex, Guil. Caucus, omne punctum tulit non modo Vitis SS. apostolorum patrumque et tot aliis perennibus ingenii sui monumentis ad ecclefiam veterem intelligendam et amore prosequendam egregie facientibus, fed et praecipue data in manus hominum historia scriptorum ecclesiasticorum litteraria, quae a dignis vtrisque longiore vita viris, vtrisque eheu in flore aetatis extinctis, Henrico Warthono et Roberto Gerio, Cauei genero, per tria postrema saecula producta, et secundis iam curis praestantissimi Auctoris lo-

cuple-

Digitized by GOOGLE

`XVI

cupletata, tertio iam eiusdem studio longe etiamnum auctiorem se sistere publicis vsibus gestit. Ex Germanis nostris praeter B. D. Balthafarem Bebelium in Antiquitatibus ecclesiae quatuor priorum faeculorum et laudata in hoc genere scripta Reu; Viror. Io. Gotfridi Olearii, Arnstadiensis praesulis. cuius Abacus Patrologicus superiore anno longe prodiit locupletior sub titulo bibliothecae scriptorum ecclesiasticorum : Seu. Waltheri Sluteri, antistiis, cum viueret, meritissimi Lauenburgensis, atque Casp. Sagittarii, do-Aoris historiarum publici in Academia Ienensi, 78 maxdeire, memorandum duco inprimis doctorem quondam meum, nunc inter coelites adscriptum, Thom. Ittigium, theologum ac Superintendentem Lipsiensem. Qua ille accuratione et fide, quam infigni apparatu et studio de patribus Apostolicis et scriptis primi ac secundi saeculi, eorumque doctrina, haeresibus et controverfiis commentatus fuerit, quamque diligenter paullo ante mortem recensuerit veterum patrum collectiones et bibliothecas, ex editis ipfius scriptis iam omnibus patet, speroque fore, vt, quae de tertio etiam et quarto saeculo priuatis scholis tradidit, publicae luci fimiliter intra breue tempus exponan-Vt vero post tot tamque praeclaros viros etiamnum auderem in hoc tur. argumento spicilegium moliri, mouit me partim, quod, doctoribus ecclefiafticis omiffis, hiulca et parum integra fuisset futura mea graecorum scriptorum historia : deinde quod viderem nonnullà mihi esse ad manus, vel praeterita aliis, vel quae curatius aut distinctius fortasse, praesertim quod ad editiones et versiones scriptorum adtinet, possem explicata adiungere, qua quidem in parte num operae pretium fecerim, vel in proximis voluminibus, quae adhuc christianis scriptoribus impendenda erunt, facturus sim, iudicium Tuum erit, Lector Beneuole. Nec cum mala Tua, vt spero, gratia hoc cepi confilii, quod cum Graecorum recentium doctiffimus, Leo Allatius, capita quaedam, a me non praetereunda, occupasset, fusiusque explicasset,

XVII

Digitized by GOOGLE

ego

XVIII .

ego actum agere nolui, sed diatribas eius de Nilis, Psellis et de libris aco clesiasticis Graecorum, quae rarius hactenus a studiosis comparari et euolui potuerunt, integras curaui recudi, cum meis animaduersionibus et supplementis, Melodorumque Graecorum Elencho. Quaestiones Michaelis Pselle ad Michaelem Ducam, imp., quas, antea ineditas, Allatio de Psellis addidi et latine verti, debeo singulari Amplissimi Senatus huius vrbis beneficio, qui illas ex bibliotheca publica Iohannea mihi liberaliter suppeditauit, et cui illo nomine conceptissimas gratias mecum habebis. Quae porro in hoc volumine tibi a me offerantur, si veluti in tabella paucis cognoscere iuuat, age hunc indicem percurrere ne grauator: *)

*) Fabricii praefat. ad vol. VI., quod tantum continet indicem et eorum, quorum vita foriptaque perfequatus est in illo vol. et deinceps erat enarraturus, typis renouare nolui Hari.

INDEX

Digitized by

INDEX CAPITVM

HVIVS VOLVMINIS SEPTIMI

Bibliothecae graecae libri V. et VI. de Scriptoribus graecis

Chriftianis aliisque, qui vixere ante Conftantinum M. et post illum vsque ad captam a. Chr. 1453. a TURCIS CPOLIN.

CAPVT L

I. Codex aposryphus N. T. II. Cotelerii patres Apostolici.

III. Grabii Spicilegium patrum, [Rusel bibl. apostolica et Münteri fragmenta.] Teftamentum XII. patriarcharum et asta S. Poulli et Theclae *) IV. S. Barnabas eiusque asta et epistola. V. Scripta, Dionysio Areopagitae supposita, vt videtur ab Apollinarii discipulis. VI. et VII. Eorum interpretes, codd. atque edd. VIII. Deperdita scripta. IX. De Hermae pastore loca veterum et de fragmentis gr. Cotelerio praeteritis. X. Editiones. XI. Paftoris Presbyteri acta Praxedis, virginis. Paftor, episcopus, Gennadio memoratus. XII. Clemens Rom. eique supposita scripta, codd. mssti et eorum editiones. XIII, S. Ignatii epiftolae et alia: codd. atque edd. et alii Ignatii. XIV. S. Polycarpi et Suyrnenfis ecclesiae epist. codd. et edd. atque de S. Pionio. XV. Iustinus, mariyr, aliique Iufini. Scripta martyris, codd. et edd. XVI. Iudex (criptorum, ab eo citatorum. XVII. S. Irenaeus, firipta, codd. edd. XVIII. Index firiptorum, ab eo lau. datorum. XIX. Tatianus, Syrus, libr. codd. et edd. Alii Tatiani, item Athenagoras : libr. codd. edd. atii Athenagorae. XX. Theophilus, Antiochenus etc. Alii Theophili. Index (criptorum, ab Athenagora, Theophilo Antioch. Tatiane et Herm a cilatorum. XXI- Clemens Alex. fcripta, codd. edd. XXII. Index fcriptorum, ab eo citatorum. (XXIII. Excerpta Theodoti in h. D. exclusa funt.) XXIV. De S. Melitone et firipte. ribus akis faeculi fecundi deperditis +). XXV. S. Hippolytus, Portuenfis. Scripta, codd.

- *) De Thecla, Aegyptia, eius actate etc. contra Grabium aliosque copiose disputat Aug. Anton. Georgius in fragmento euangelii S. Iohan. graeco-copto-thebaico etc. Rom. 1789. 4. pracf. pag. XCII. sqq. Theclae acta p. XCVII. sqq.
- +) Hane sectionem de Melitone et reliquas de scriptoribus sacculorum II. et III. deperditorum, a ven. Keilio, Theologo Lipsico; sect XXIX. a ven. Sixtio, theologo Altdorsino; reliquas vero sectiones sapitum in hoc volumine a me observationibus varii generis esse locupletatas, in praefatione iam declaraui: quod semel monuisse sufficient.

XXVI. Origenes Adamantius alique hot nomine. Scripta: et edd. Alii Hippolyti. codd, edd. et graecae et latinae. Scripta deperdita. Tabella chronologica (criptorum plerorumque Origenis' Scripta varia, Origenem spectantia. XXVII. Index scriptorum et haereticorum, ob Origene citatorum. XXVIII. Gregorius Thaumaturgus. Scripta; codd, edd, Expositio fidei, quae integra cum notis exhibetur. XXIX. Methodius Patarenfis. Scripta ei tributa. XXX. Alii Methodii. XXXI. Archelaus, Carrharum episc. eiusque disputatio cum Mauete. XXXII, Dionyfius, Alexandrinus, aliique saeculi tertii (criptores deperditi: Iulius Africanus, (aliique hac nomine;) Alexander, Cappadoc, atque inde Hicrofol. epifc. Ambrofius Alexandrinus; Animonius Alexandr. Anatolius; Berultus Bostrensis; Caius; Carnelius Rom. Demetrius; Diodorus Tryphon; Dionyfius Rom. Eusebius epifc. Laod. Geminus; Hesychius Aegyptius; Lucianus; Magnes fiue Magnetes; Nepos; Pamphilus; Phileas; Pierius; Stephanus; Theognoftus; Truphon. Haereticorum (aceul: 1/1. fcripta, Paulli Samo(ateni; Scythiani; Terebinthi Buddae et Manetis; fragments epifiolarum Manichaei, gr. cum versione lat. et notis. Manichaeorum varia genera, catalogus Manichaeorum plerorumque, quorum fit apud veteres mentio. Auctores veteres editi, inediti et deperditi, qui contra Manichasos scripferunt. Scriptores recentiores, gai ad idem argumentum faciunt.

(Sequi debuit cop. 11. de Athanofio et EphraimoSyro; fed hoc per incuriam excidifie, in praefat, iam animadueru. Caput 111. de Conftantino M. iam receptum est in vol. VI.)

CAPVT IV.

I, De Eusebio Caesariensi et aliis historiae ecclesiasticae atque chronicorum seriptoribut graecie, pag. 335. sqq. Acacii plures. II — XXVI. Eusebii scripta edita, in edita, deperdita, n. chronicon praepar, euangelica etc. codd. editt. In his settio III. pag. 346. Index scriptorum in Eusebii praeparat. euangelicae libris laudatorum, et V. pag. 372. *) index scriptorum etc. memoratorum in Eusebii hist. eccles. et libris de vita Constantini M. ac pag. 400. Eusebii epistola ad Carpianum, gr. ac lat. XXVII. Alii Eusebii, amplius sexaginta pag. 409.

XXVIII. Scriptores graeci histor. ecclesiasticae depen Alii, qui exstant, n.	rditi.	pag. 418
XXIX. Philoflorgius. XXX. Socrates, scholasticus.	2 2	pag. 420 pag. 423
XXXI. Sozomenus.	۲.	pag. 427
XXXII. Theodoritus.	•	pag. 429
XXXIII. Euagrius.		p2g. 432 XXXIV.

*) Typothetze enlpa factum elle arbitror, vt a plag. Aca error paginarum, qui per reliquas plagulas ferperet, committeretur: nam loco 322. et se porro numeri 369. et sie reliqui deincepa positi funt.

I	N	D	Έ	X	C	Α	P	I	T	V.	M	
---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	---	--

XXXIV.	Theodorus, Lettor.	Bog	مندلا
XXXV. N	licephorus Callift. Xanthopulus.		455
XXXVI	Sic est legendum) Chronicorum scriptores gracei deperditi.	Pag.	437
XXXVII	Chronographi post Eufebium gracoi taità. Ioannes Malelae	'Pag.	444
Antio	cheuo diuer fus.	, ab	_
2.4.65104		pag.	446
•	Index scriptorum, a Malela citatorum.	pag.	447
	Chronicon Alexanrdinum f. Paschals.	pag.	449
•	Scripta ad calcem illias Chronici, vulgata a Cangio	pag.	-
· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	Dorotheus Tyrius; aliique Dorothei.	pag.	
·•• XXXVIII.	Chronicon Georgii Syncelli.	pag.	
N	— — Theophanis, confessoris.	pag.	
XXXIX.	— — Nicephori, patriarchae CPolit.		
	— — Georgii, Hamartoli.	pag.	
	Hippolyti, Thebani.	pag.'	
XL.	— — Georgii Cedreni.	pag.	
· · ·	- Io. Zonaras.	pag.	
XLI.		pag.	45
	— — Michaelis Glycas. p. 468. st Confiantini Manaj — — Iulii Pollucis.		
VIII Ch		pag. '	47∎
	omica quaedam inedita graesa.	pag.	47E
	romicon Pifidae.	pag.	472
ALIII. 184	lex scriptorum etc. in Cedreni et Io. Zonarae chronicis memo	rato.	
f% m,	lex seriptorum etc. in Georgii Syncelli et Theophanis chrono	-	475
' phiis Iar	idatorum.	-	<u> </u>
XLV. Inde	x feriptorum etc. in chronico Paschali et Glycae annalibus citator	pag. um p.	40 0 507

CAPVT V.

I.	De Byzantinas fiue CPolitanae historiae scriptoribus. p. 518. atque corporis 1 tini in edit. et Paris, et Veneta conspectus.		,
	Iofephus Genefius. p. 530. et aliae scriptorum hift. Byzant. accessiones pop Venetam.	pag. 52 t idit.	
Π	Philippi Labbei Profrepticum et excerpta de legationibus.	pag. 53	3
	1. Dexippus Herennius.	pag. 53	4 .
	2. Europius.	P ag. 535	5 .
		. Pag. 536	5 💚
	3. Petrus, magifter.	Pag. 538	
•	4. Priscus e Panio.	DOG 100	
-	5 - II. Melchus Menander Theophyl. Simocatta Olympion	dorus,	
	Income Conaunis sjaurus. — Incophanes. — Nunnofus	pag. 540	3
•	13. Algonius Ministris et alis Holychin.	Pag. 544	
]][.	Procopius Caefariensis: eins scripta, sodd. et edd. p. 553. Mii Procopiz.	pag. 962	

Digitized by GOOS

e 🚰

INDEX CAPITVM

W. Agathias, Myrinenfis, etc. p. 566. index scriptorum, ab Agathia, tum a Procopio	-
pag. 570	
P Poullus Silentiarius etc pag. 581	
Theory utalius Simocatta, pag. 582. alsi Theory willi. p. 586. in his Theory yla-	•
Eus, Bulgaror, epifc, eius institutio regia et alia scripta, ibid. — Index scripto-	
rum aliorumque, in Theophylacti Simocattae libris memoratorum. pag. 598	
171 Nicephorus, CPolit. patriarcha; scripta, codd. edd. pag. 603. Alii Nicephori p. 603.	•
Randuri confussions opp. Niceph. CPol. patr. iunfim eden torum. pag. 610.	-
Nuephorus Gregoras. Bernardi Montfaucon et Io. Boiain noticia scriptorum Nic.	
Gregorae, pag. 632. Niceph. Greg. hiftoria Byzant. p. 651 varia fra-	
gmenta et monumenta vetera notis Boiuin. ad Gregoram inferta. pag. 655. In-	
dex scriptorum, in Nic. Gregoras historia Byzant. citatorum. pag. 657	
Nicephorus Bafilius. — Nicephorus Blemmyda. ' pag. 669	
Nicephorus Bryennius. — Nic. Cerameus. — Niceph. Chartophylax. pag. 674	_ /
- Nicephorus Chumnus. pag. 675. Nicephori alii. pag. 676) .
VII., Scriptores post Theophanem. p. 680. Anonymus de vita Léonis Armeni et qua-	•
tuor proximorum imperator. p. 681 Constantinus Porphyrog. de vita Rafisi	•
Maced, ibid. Anonymus de Leone, philosopho, et aliis imperatoribus vsque ad Roma-	
num iuniorem. p. 682. Ioannis Monachi Hierosol. Ioannis Cameniatae, Demetrii	
Cydonii etc. ibid. Simeonis magistri annales et Georgii Monachi vitae imperator.	_
p. 683. Index in seriptores post Theophanem. pag. 686	5
VIII. Leonis Sapientis aliorumque oracula, res CPol. Spetiantia p. 693. Alia Leonis,	
imp. (a quo diversus est alius Leo apiens,) scripta, codd. edd. p. 098. Esus Nau-	•
machica, gr. ac lat. e cod. Gudiano edita. p. 707. Alii Leones, qui graece scripse-	
sunt. pag. 71	
Ioannes Scylitzes Thracefius, Curopalata. Pag. 72	-
IX. Anna Comnena. Pag- 72	0
Alexii Comneni aliorumque Comnenorum scripta. p. 728. Index scriptorum, ab	
Anna Comnena citatorum. Pag. 73	-
(IX) Ioannes Cinnamus. Pag. 73	J3 .
Nicetas Acominatus Choniata. pag. 737. I. A. Fabricii notae ad Nicetae fragment.	
de flatuis CPolitanis, p. 741. Nicetae thefaurus orthodoxae fidri, et I. A. Fa-	
bricij notae ad argumenta librorum thefauri. p. 742. Michael. Acominatus. pag. 73	37
Varii Nicetae. p. 746. in hi Nicetas Dauid philosophus p. 747. Nicetas Eugenianus.	
p. 749. Nicetas, Heracleae episcopus. pag. 750. Nicetas Pettoratus. 752-753.	
Nicetas Thessalonicenfis. p. 756. Index in Nicetae Chiniatae histor. Byz. pag. 75	
X. Georgius Acropolita. pag. 76	90
Constantini Acropolitae Orationes. pag. 767. Grorgis Acropol. hift. Byzanting.	
p. 768. Codices eius. p. 769. Alia scripta. p. 770. Index in Acropolitae hi-	
foriam. p. 770. loëlis chronographia compendiaria. p. 773. Iohannis Canani	
Narratio de bello CPol. 1422. ibid.	•
	•

Digitized by Google

111

INDEX CAPITVM

De sapientia Indorum, quae Pachymerae historiae a Possino subiesta est. p. 777. Alia Pachymerae scripta edita. pag. 781. epitome philosophiae. p. 782. Pachymerae inedita scripta. pag. 785. XII. Ioannes Cantacuzenus. p. 787. Eius historia Byzantina. p. 788. alia scripta. p. Matthaeus Cantacuzenus, Ioannis filius. XIII. Nicephorus Gregoras. Pag	79 0 • 793 • 793 • 795	
Anonymi Explicatio officiorum eccl. CPol. Emanuelis Chrysolorae Comparatio veteris ac notae Romae ib. Erotemata Chry-	802	-
folorae. p. 863. not. Photis Oratio in encaeniis nouae ecclefiae. Leonis oracula p. 804. Leo, grammaticur. ibid. Alit anongmi, ibid.	805	Ĩ
XV I. Ioannis Anagnostae narratio de occupata Thessalonica. p. 804 Nicolai Monodiz de excidio Thessalonicenfi: ibid:	,	-
stational and a second se		
		, ,
	<u>`</u>	
	- -	
		· · ·
	•	

Digitized by Google

XXIIX .

Reccata quaedam typographica, in quae forte incidi.

1.1

રાંજ સગ્રા

as her in the gen

-4 ST LAND.

11

13

Digitized by

IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECAE GRAECAE

TANDARD CONTRACTOR CONTRACTOR CONTRACTOR

Digitized by

LIBER V. (vol. V. vet. ed.)

DE SCRIPTORIBVS GRAECIS CHRISTIANIS, ALIISQVE, QVI VIXERE A CON-STANTINO M. VSQVE AD CAPTAM A. C. 1453. A TVRCIS CPOLIN.

CAPVT I.

DE SCRIPTORIBVS CHRISTIANIS ANTE CONSTANTINVM M. IMP.

I. Codex Apocryphus N. T. II. Cotelerii Patres Apostolici, III. Grabii spicilegium Patrum [Rusel bibl. apostolica, et Münter fragmenta]. III. Testamentum XII. Patriarcharum et Alta S. Pauli et Theclae, IV. S. Barnabas eiusque Acta et Epistola. V. Scripta Dionyfio Arcopagitae supposita, vt videtur ab Apollinarii discipulis. VI. Eorum interpretes, codd. et editiones. VII. Epistola MS. ad Timotheum de morte Petri et Pauli. VIII. Deperdita scripta. IX. De Hermae Pastore loca veterum et de fragmentis graecis Cotelerio praeteritis. X. Editiones. XI. Pastoris Presbyteri Asta Praxedis, virginis. Pastor, episcopus, Gennadio memoratus. XII. Clemens Rom. eique supposito scripta codd. mspti et eorum editiones. XIII. S. Ignatii Epifiola et Afta. VIV. Alii Ignatii. ibid. S. Polycarpi et Sinyrnenfis Ec. clefiae Epift. atque de S. Pionio. XV. Iuftinus Martyr. XVI. Index scriptorum ab eo citato-rum. XVII. Martyres Lugdunenses et S. Irenaeus. XVIII. Index scriptorum, laudatorum a S. Irenaeo. XIX. Theophilus Antiochenus. XX. Tatianus et Ammonius. XXI. Clemens Alex: XXII. Index [criptorum ab eo laudatorum, plenior quam editus a Nurrio. XXIII. Excerpta Theodoti cum latina versione hastenus inedita Francisci Combesis. XXIV. De S. Melitone et scriptoribus aliis saeculi secundi deperditis, XV. S. Hippolytus Portuensis. XVI. Alii Hippolyti ibid. Origenes et de eius scriptis paralipomena quaedam. XXVII. Index scriptorum ab Origene laudatorum. XXVIII: Aregorius Thaumaturgus. XXIX. Methodius Patarenfis. XXX. Alii Methodii. XXXI. Archelaus, Carrharum Epifc. XXXII. De S. Dionysio Alex. et aliis saeculi tertii scriptoribus deperditis.

[Cum auctario G. C. Harles.]

I.

prima iam deinceps tria a CHRISTO nato faecula percurrere iuuat, non, vt virorum praeclarorum, quae in manibus omnium funt, de fcriptoribus ecclefiaficies commentaria com, Vol. VII. pilem: sed praecipua adtingendo eruditos eorum labores qualicunque observationum spicilegio augeam, illustremue ").

IL Ad

a) Nec ego volo commentarios de scriptoribus ecclesiasticis compilare, multo minus, ne falcem in alienam immittere messem videar, de scriptoribus illis copiose agere aut ambitiose iudicare; sed iis tantum, quae Fabricius congesserat, quantum fieri poteft, notatu quaedam digna adiicere. Atque iam Fabric, in praefatione ad hoc volumen quosdam VV. DD., qui in hoc litterarum genere aut diligenter aut probabiliter quidem verfati funt, generatim nominauit. Multos, qui huc pertinent libros, congestos et citatos reperies in Io. Georg Walchii bibliotheca theolog. felecta, tom. III. qui integer dicatus est historiae eccles. litterariae; praecipue a sectione tertia de seriptis ad historiam eccles. N. T. spectantibus, secundum tempora, nationes populosque, argumenta, etc. Lipf. 1762. mai. 8. - in catalogo biblioth. Biimauianae, in tomo III. qui scriptores historiae ecclesiasticae continet, praecipue in vol. I. historiam ecclesiae viriusque foederis vniuersalem, iudaicam, patres ecclesiae, concilia, historiam noui foederis, aniiquitates facras etc. continente, (Lipf. 1755. 4.) et in cel. Noeffeltis Anweisung zur Kenntnifs der beften allgemeinern Bücher in allen Theilen der Theologie, part. I. fect. 3. S. 289 et 329-395. Ego vero in Introd. in hift L. Gr. t. II. part. 2. in capite IV. de patribus et reliquis scriptoribus ecclefiafticis, pzg. 166-176. haud paucos nominaui libros et scriptores, huc pertinentes: quibus addi poffunt,

Guil: Caue antiquitates patrum et ecclefiafficae, ex fermone anglico in germanicum translatae. Bremae 1701. 4.

M. Gottlob. Frid. Gudii, V. D. M. Laubae Lufatorum, bibliothecae disputationum et observatt. de selecțis historiae eccles. capitibus specimen : ad ordinem compendii Kranziani adornatum. Lips. et Laubae. 1743. 4. quod mire potest locupletari.

Inftitutiones patrologiae in víum academicum. Scripfit P. Stephanus Wieft, Theol. D. Ingolftadii. 1795. 8. Pars. I. continet biographiam et bibliographiam feriptorum ecclefiafticorum; pars II. agit de víu et auctoritate illorum. Laudatur id opus in Salisburgens. (A. L. Z. a. 1796. nr. 44. m. April. Contra valde culpatur, et varia, quae caftiganda

videantur, recensentur in Ien. A. L. Z. 1797. nr. 332. mens. Oct.

Samuel Gottlieb Lange, (in pracienti Prof. theol. Rostoch.) de patribus ecclesiae corumque potisfimum scriptis egit in: Ausführliche Geschichte der Dogmen oder der Glaubenslehren der christlichen Kirche nach den Kirchenvätern ausgearbeitet von S. G. Lange. Lipsiae 1796. 8. tomo I. conf. Ien. A. L. Z. 1797. nr. 171. m. Maio.

De scriptis placitisque scriptorum ecclesiasticorum docte differit Guil. Münscher, Prof. Marburg. in: Handbuch der christlichen Dogmengeschichte, pars I. Marburg. 1797. pars II. ib. 1798. 8.

D. Io. Sal. Semleri Historiae ecclesiasticae selecta capita: cum epitome canonum, excerptis dogmaticis et tabulis chronologicis. tomus I. sex saculorum. Halae 1767. 8. — Idem Semler in: Fortgesezte Geschichte der christlichen Glaubenslehre, praemissa operi,

D. Siegmund. Iac. Baumgartens Unterfuchung theologifcher Streitigkeiten. vol. I. (Halae 1762. 4.) cap. II. et III. et vol. I. (ib, 1763. cap. IV. fect. I. et vol. III. (ib. 1764.) cap. I. multa, quae ad hiftoriam feriptorum ecclesiaftic. priorum faeculorum, illorumque librorum, dogmatum atque opinionum haerefiumque cognitionem intelligentiamque facerent, docte collegit atque aperte expofuit.

D. C. W. Fr. Walchs (Prof. quondam Gottingenf.) Grundlätze der zur Kirchenhistorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren und Bücherkenntnifs. Göttingae. 1772 8. ed. quarta auctior et emendatior, cur. Io. Christoph. Schulz. Gief. 1792. conf. Ien. A. L. Z. 1793. nr. 263. p. 381 fqq. Einsdem Kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistoire. Lips. 1770. mai. 8.

In primis commendanda eft D. 1. Georgii Watchii, (Theologi quondam Jenenfis,) bibliotheca patriftica, litterariis adnotatt. inftructa, Jenae 1770. mai. 8.

Ad meliores historiae eccles. litterariae libros adhuc referendum est opus Sagittarianum:

Digitized by

Caspa-

91900L

Lib. 5. . c. 1.

II. Ad primum et *Jecandum fasculum* memorandae inprimis binae fcriptorum collectiones sunt, vna *Io. Baptistae Cotelerii*, qui Parisiis a. 1672. fol. Patres Apostolicos edi-A 2.

-Casparis Sagittarii, (Prof. Ienens.) introductio in historium ecclesiasticam et Engulas cius partes, fiue notitia scriptorum veterum atque recentium, qui vel historiam vniuersam, vel regnorum — conciliorum, colloquiorum etc. historiam illustrant; opus (post Sagittarii mortem a 10. Andr. Schmidt, qui etiam praesatus est, editum,) II tomis comprehensum. — tom. I. (qui iam 1694. prodiit; praefat, enim scripta est inter iplas funeris Segittariani curas, prid. Kel. Meil 1694. Quum igitur accessifiet posterior tomus, prior nouum titulum, mutata tantum anni note, accepiffe videtur.), Atque posterior tomus est infcriptus: - Sagittarianae in historiam ecclesiafticam, tom. II. exhibens supplementa tomi primi et eiusdem continuationen de conciliis et collo-quiis, curante lo. Andr. Schmidio, D. PP. ord. Theol. in acad. Iulia, (Helmstadiensi) Sen. etc. Ienae 1718. II. vol. 4. Id vnum addere liceat. Sagittarius in priore tom. p. 364. fqq. S. XVI. copiofe recenset syllabum fingularum differtationum per omnes saeculorum partes ab auctore pedetentim euulgatarum exhibens Natalis Alexandri historiam ecclesiasticam, opus et doctum et famofum, saeplusque editum. Prima editio inscripta fuit: Selecta historiae ecclesiasticae capita et in loca eiusdem insignia dissertationes, Parif. 1659.*). - 1687. in 8. tom. XXXII. Tot. enim tomos numerauit Schmidt in II. tomo operis Sagittariani p. 207. Fabr. nofter in B. Gr. vol. XII. pag. 176. vet. ed. (vbi catalogum fcriptorum hift." eccletiasticae ordine alphabetico confectum, exhibuerat,) opus, voll. fex et viginti constans prodiiffe, notat, Paris. 1676. sqq. 8. et additis etiam felectis historiae ecclefiae V. T. capitibus Parif. 1699. VIII. vol. illas autem VI. actates V. T. fynopfi historica et variis disf. illustratas in lucem ante fuifle editas Parif. 1689. 8. VI. voll. feribié Fabr. ibid. pag. 152. I. G. Walch. in bibl. theol. fel., tom. III, pag. 163. copiofe recenfet opus illud, ciusque fata et adversarios persequitur et hist, eccl. N.T. tom. XXIV. fiue, yt alij numerent, XXVI. conftans, primum produisse scribit ab a. 1676-1687. 8. dein accessifie Parif. 1689. histor. V. T. Collectores Lipfienles actorum eruditorum fummam partium a faeculo IX et X. vsque ad finem operis a. 1682-1688. dederunt. Quod Natalis Alexan-

🗘ol. V, p. 2

Λ 2.

der, pro Gallicanae ecclesiae iuribus dimicans plura scripsit, quae pontificii romano non placerent : Innocentius XI pontifex rom. tomos omnes XII. priorum faeculorum historiam complexos, vna cum ceteris auctoris operibus damnauit d. X. Iul. 1684. 'et seuere interdixit eius lectionem vsumve. Neque tamen illo fulmine deterritus est Natalis Alexander a tela pertexenda et absoluenda, Hanc primam edit. rariffimam, non castratam, et XXVI. tomis ac XXV. voluminibus constantem. Parif. 1679. 8. lucem vidiffe scribit Salger in bibl. f. catal librorum fuorum, part. III. pag. 176. nr. 915-939. - Alteram edit, in octo tomos digestam, multis observationibus et dissertationibus aliquot, feorfim ante vulgatis, auctiorem, vulgauit Natalis Alexander, mutata operis inferiptione:

R. P. Nat. Alexandri — historia esclesiastica veteris nouique testament. ab orbe condito ad annum post N. C. millesimum sexcentesimum: et in loca eiusdem infignia differtationes - in octo diuifa tomos: ante quidem per partes, nunc autem conjunctim et accuratius/edita : rerum nouarum accessione, scholiis et indicibus locupletissimis aucta, illustrata et ornata. Parif. 1699. sol. de qua editione, (quae num sit costrata nefcio, et vero dubito,) v. Schmidt l. c. pag. 2077 209. Repetita est illa historia Paris. 1715, 1726. et 1736.) fecundum Walch. I. c. fed ed. noua Parif., 1732. indicatur in nota ad Niceronium I. c. pag. 137. fol. VIII. t. - opera et studio Constantini Roncaglia, Luccae 1742. (apud. Walch. 1734.) IX. tom. fol. - cuius edit, recufa es cum I. D. Manfi adnotalt. ib. 1749. ct Venet. 1759. fol. IX. tom aut XVIII. tom. in 4. Ad hanc ed. Venet, pertinet:

Ad R. P. Natalis Alexandri historiam ecclesiasticam supplementum, in quo praemissa bibliotheca selecca (sed manca) historiae ecclesiasticae dictionarium eiusdem historiae ad nostra tempora perductae cum tabulis chronologicis exhibetur. Venet. 1777. fol. —

Natalis Alexandri — Hiftoria eccl. V. et N. V. Bingae ad Rhen. tom. I - XXX. 8. 1785. fqg. v. Ien. A. L. Z. 1785. nr. 199. Harl.

Anni 1659. nota ap. Sagittarium vitiofa effe videtur: nam neque apud alium reperinet Nat. Alexander 1639. in lucem editus, anno aetatis fuze vicefimo, conferibendo illi operi fuiffe

Digitized by Google

Lib. V. c. I. COTELERIÍ PATRES APOSTOLICI.

dit, inde Amstelodami A. 1698. Io. Clerico curante non fine auctario recusos, quoniam prior editio consumtis incendio ") pletisque exemplis rarissime conspicitur. In hoc occurrunt SS. Barnabae. Clementi, Hermae, Ignatio et Polycarpo tributa scripta ad MSS. cassigata codices, versioneque et notis eruditissi illustrata, quibus laudatus Clericur in sua editione animaduersiones aliorum [P] quotcunque reperire potuit virorum doctorum et suas quasdam. et Guil. Beveregii codicem Canonum primitivae ecclessae vindicatum notasque ad Canones Apostolicos, Iac. Viserii dissertationes Ignatianas et Io. Pearsoni vindicias Epifiolarum Ignatii addidit. Fabr. Vide Acta erud. Lips. 1699. pag. 1. sq. — Noua eaque et auctior et adcuratior Clerici editio sequuta est Amstelod. 1724. sol. II. vol. de qua v. acta erud. Lips. a. 1724. pag. 521. sq. Edit. Clerici priorem copiose recenset, et tam de scriptis, quae in illa collectione infunt éorumque auctoribus, quam de editoribus atque adnotatoribus docte agit Io. Fabric. in historia bibl. sua, vol. I. p. 44-58 pag. 51. memorantur Ez. Spanhemii notae in patres apostol. Cotelerii, quae msstae lateant in bibl. regia Berolin.

III. Alteram collectionem debemus Io. Ernefto Grabe, Regiomontano Borufio, cuius Spicilegium SS. Patrum et Haereticorum I. et II. faeculi lucem vidit Oxonii 1608. et 1699. 8. duobus voluminibus '), et praeter fragmenta varia ex libris MSS. atque eruditas obfervationes, graece et lat. continet inedita ante Abia Pauli et Theclas e MSS. Bodleianis, et Testamentum XII. Patriarcharum e MS. Cantabrig. quod cum codice Oxon. contulit, addita veteri versione Roberti Grofthead, episcopi Lincolniens, ad duos MSS. codices recensita d'). Qui singula, in vtroque huius spicilegii volumine comprehensa, distinctius nosse volet, praeter Ephemerides litterarias librum laudati Doctoris mei, D. Tho. Ittigii de bibliothecis Patrum pag. 699. seq. euoluere poterit, vbi Actis Theclae, totique adeo illi narrationi fidem detrahit variis argumentis. Testamentum XII. Patriarcharum recensere atque recudendum dare animus est in codice pseudepigrapho V. T. [et dedit illud cum Grabe praefatione in cod. pseudep. cit. pag. 496. sq. ed. II. Hamb. 1722. 8.]

Aliae Epp. collectiones funt: bibliotheca patrum apostolicorum Graeco-Latina, qua continentur Clementis, Ignatii et Polycarpi Epp. praemissa est diss. de patribus app. auctore Tho. Ittigio. Lips. 1699. 8.

Epistolae SS. PP. apostolicorum Clementis, Ignatii et Polycarpi, atque duorum postériorum martyria — cum var. annott. et praef. Io. Lud. Frey., Balil. 1742. 8. Beck.

Acceflit collectio Ru/eliana:

SS: patrem apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii opera genuina, vna cum Ignatii et Polycarpi martyriis, versionibus, variantibus lectionibus, selectisque variorum

fuisse videtur impar. v. Niceron in vitis erudit. tom, IV. ex vers. germ. Baumgart. pag. edition 136: vbi primum an. 1676. et vltimum an. tom. V 1686. (XXIV. voll.) editum, et noua editio Harl.] 1687. 8. totid. voll. euulgata dicitur.

b) Vide Tho. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 401 et 630, Obiit Cotelerius Parifiis 1686, 12. August. Setatis 58. de cuius vita et scriptis praeter Ephemerides eruditorum et Bailletum de pueris erudutis pag. 353 adeunda Graurolii Epistola Sorberianis praemissa, et Epistola Baluzii ad Bigotium, quae Amstelodamensi Patrum apostolicorum editioni praefigitur. [Add. Niceron. mem. erudit. tom. V. pag. 1. sqq. sec. vers, german. Baumgart. Har!.]

c) Vtrumque opus iterum e prelo exiit Oxon-1700. 8. gr. ac lat. Grabe quaedam fcripta, quae adulterinis funt adnumeranda, germana effe fibi perfuadee. v. Walch. bibl. patr. pag. 126. Harl.

d) Conf. Oudin. comment. de scriptor. eccles. antiquae, tom. I. col. 212, sqq. -Harl.

Digitized by Goog

Vol. V. p. 1

riorum notis, illustrata. Accesserunt S. Ignatii episiolae, tum interpolatae, tum suppositiziae, cura Richardi Rusel, A. M. Londini ap. Guil. Russel. 1746. mai. 8. II. voll.

Quod Cotelerii opus pretiofum non ab omnibus comparari fibi poteft: Rufel primorum doctorum christianorum feripta, amplioribus adnotationibus in arctum compulsis et spuriis nonnullis, quae Cotelerius exhibet, plane omiss, de nouo publicauit. In praef. quoque recenset codil.-msstor. et editiones feriptorum, qui in praefenti fasce exhibentur. v. acta erud. Lips. 1749. m. Oct. p. 604. sqq. Quae in ed. Coteler. non reperiuntur in hac edit. addita, haec sunt: in vol. I. Io. Bear or. de primaeuorum patrum auctoritate; I. E. Grabii praefatio de S. Clementis romani scriptis, Patricii Junü interpretatio epistolae ad Corinthios prioris, a Fello recensita, Wakii, Grabii, Millii Wottonique adnotatt. — in vol. II. S. Chryfostomi in S. Ignatium homilia; recentiorum iudicia de S. Ignatii epistolis; Th. Smithii praef. in acta martyrii S. Ignatii; Pearsonii diss. de anno, quo S. Ignatius ad bestias erat condemnatus; versio antiqua epistolae circularis de S. Polycarpi martyrio; Pearsonii Smithiique adnotationes.

Fragmenta patrum graecorum edidit et illustrauit Frider. Münter, A.M. (in praesenti theologus Hafniensis.) fasciculus I. Hafniae 1788. m. 8.

In catenis editis ineditisque multa veterum scriptor. eccles. fragmenta latere aeque conftat, quam id, caute in co genere effe versandum. Hinc doct. Münter in praef. p. 8. sq. canones nonnullos criticos proponit, in examine catenarum msst. adhibendos. Plurimam autem partem fragmentorum in primis Irenaei et Theodori Mopsuesteni, Münter Romae exfcripfit in bibl. Corfinia, ex fchedis V. D. quem Fogginum, bibliothecarum, Vaticanae atque Corfiniae, olim praefectum, et ex variis codd. Vaticanis editionem avendorwy meditatum, illa fregmenta collegisse opinatur. ' Fragmenta autem haec sunt a Müntero collecta docteque explicita: 1) supplementum fragmenti Papiae, a Grabio spicileg. part. II. p. 34. ex commentario Occumenii in acta apost. iam vulgati, a Müntero excerptum ex cod. bibl. Rom. Angelicae, qui continet commentarium in Matthaeum et Marcum, et ex cod. Veneto D. Marci, catenam in integrum euangeliarium complexo. 2) Novem Irenaei fragmenta, ex codd. Vatic. 3) fragm. Eusebii, ex cod. Vindobon. 4) Theodori Mopsuesteni fragm. ex confutatione accufationis Christianorum Iuliani, apostatae, fragm. V. ex cod. palat. XX. et apographo eiusd. vatic. MCMXXXIII. catenam patrum in Lucam exhibente: fragm. VI. et VII. ex cod. Vindobon, catenam in Lucarn exhibente; denique fragm. VIII. ad Lucam XXIII, 10. ex apographo bibl. Corfiniae. Add. Eichhorn allgemeine Biblioth. der bibl. Litteratur. vol. I. part. IV. (Lipf. 1788. 8.) pag. 618. fqq.

Io. Otton. Glufingii monumenta apostolica. Der apostolischen Männer, St. Barnabae Hermae, Clementis, Ignatii, Polycarpi, Iustini und anderer heiligen Zeugen der ersten Kirche Briefe und Schriften, nebst einem Anhang biblischer Anmerkungen, verdeutscht und vermehrt. Hamburg. 1723. 8. Harl.

IV. De S. BARNABA, apostolo, videndus pratter alios Tillemontius in Memoriis hist. eccles. T. 1. tum Placidus Puccinellus in vita S. Barnabae, primi Mediolanensis archi-epifcopi, Mediolan. 1649. 4. et Daniel Papebrochius in Actis Sanctor. ad diem XI. Iunii t. 2. pag. 427. feqq. vbi exhibentur etiam Asta et passion S. Barnabae in Cypro parum licet digna fide sub ementito nomine Ioh. Marci graece ex MS. Vaticano cum Sirleti, versione et Papebrochii notis pag. 431-436. et laudatio S. Barnabae apostol. auctore Alexandro monacho Cy-

prio,

Digitized by GOOGLC

Vol. V. p. 3

prio, itidem graece ex Vaticana bibl. cum interpretatione Francisci Zini, et eiusdem Papebrochii observationibus p. 436-453. Vetus latina versio Epistolae, quae sub Barnabae nomine exstat, et cuius editiones retuli libro IV. c. 5. §. r4. [vol. IV. p. 827. sq.] ') in antiquo Corbeiensi codice tribuitur S. Philastrio^f), Brixiensi episcopo: ita enim legendum, in Actis Sanctor. tom. 2. Iunii p. 457 et 460. vbi bis perperam excusum est nomen Philostorgii. Editionibus epistolae Barnabae, ibi a me memoratis, addenda latina Puccinelli, in vita Barnabae, iam a me laudata, [italice scripta, Mediolani 1649. 4.] et germanica ad calcem N. T. ex G. Arnoldi versione, excusa Schifbecae prope Hamburgum 1710. 12.

V. Scri-

e) Add. quae fcripfi in Introduct. etc., II. 2. pag. 177. sqq. Gallandi bibl, veter. patrum Venet. 1765. tom. I. Ru/el patrum apostol. opp. qui ex yltima Cotelerii edit, epistolam exhibet cum antiqua l'interpret. latina, et versione Cotelerii notisque et Cotelerii et Menardi', (cuius edit. ex vno codice, inemendate publicarat Dachery,) Vofsique, (qui in curanda noua edit. tres contulerat codd.) contractis breuioribus interspersis Felli, Bernardi, Wakii, Dauisii et Clerici notis. -Oudin. in commentariis laudatis t. L. col. g. fqq. qui multus de co est et variorum recenset sententias, num genuina sit epistola, nec ne. - Stolle in aufricht. Nachrichten von den Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter. Ienae 1733. 4. Roe/sleri biblioth. der Kirchenväter, tom. I. Iis, qui cpistolam catholicam a Barnaba, Pauli comite exaratam effe statuant, accedere videtur cel. I. G. Rosenmüller in historia interpretationis librorum facrorum, part. I. pag. 42. Hildburghusae 1795. 8. Alii putant, Barnabam quemdam, at non Paulli comitem, scd alium, qui post apostolorum tempora, forsan initio sacculi secundi, vixerit, fuisse auctorem epistolae. Contra Lange in historia dogmatum citata, tom, I. p. 58. sqq. it vbcrius probatum, (quae partim iam erat Tenzelii fententia, v. Fabric. 1. c. pag. 827. Stolle. 1. c. pag. 9. fq.) epistolam esse supposititiam, et initio face, II. aut hoc medio ab Alexandrino quodam Iudaeo - Christiano, personam Barnabae falso induente, compositam. - Barnabae vitam persequitur, aliasque de co refert fabulas, faltem, incerto auctore, narrationes, etc. Cotta in Versuch einer ausführlichen Kirchen-Historie des N. T. part. I. Tubingac 1768. 8. pag. 626 - 647. -Guil. Wakaei verfio anglica epistolarum Barnabac, Ignátii, Clementis, et Polycarpi, cum pastore Hermae, ac Ignatif atque Polycarpi martyrio, primum prodiit Londini 1693. 8. - correct. ibid, 1719. 8. et quartum ibid. 1737. 8. v. Brug-

gemann View of the English Editions etc. pag, 282. fq. vbi quoque citantur: The hiftory of the ancient Gospel of Barnabas, by Toland, in eius; Nazarenus: or Iewith Gentil et Mohometan Chriflianity. Londini 1718. 8, cap. II. pag. 6. fq. -Of the Golpel of Barnahas, by Thomas Mangey, in eius Remarks vpon Nazarenus, Londini 1719. 8. cap. III. pag. 10-16. - The Antiquity and the dubious Authority of Epifile ascribed to Barnabas, by John lortin, in cius Remarks on Ecclefiaftical Hiftory. Lond. 1751. 8. vol. I. pag. 329-336. denique historia Barnabae in Nathan. Lardner Credibility of the Gospel hiftory, part. II. vol. I. Lond 1748, 8. cap. I. pag. 25-47. -Barnabam venisse Mediolanum et ibi non solum doctrinam falutarem adnuntiaffe, fed etiam coetum hominum, christianae disciplinae adseclarum. primum omnium collegisse, post alios late docteque probatum iuit Ios. Anton. Saxius in Vindidiciis de aduentu Mediolanum-S. Barnabae Apoftoli, contra nonnullos recentioris actatis feriptores. etc. Mediol. 1748. mai 4. cuius operis fummam exhibent collectores Act, Lipf. erudit. an. 1755. pag. 714. fqq.

In cod. Vindob. XXXIV. Barnabas numeratur inter LXX. difcipulos Chrifti, in eodemque eft, fol. 354. interpretatio nominum hebraicorum epiftolae S Barnabae. vid Lambecii comment. de bibl, caefar. vol. III. ibique Kollar. col. 135. et 144. fragm. Barnabae in commentario in loca V. et N. T. collecto ex diuerforum fcriptorum ecclef. operibus, in cod XLVII. v. Lamb. et Kollar. in vol. III. citat col. 179. feq. – Barnabae epift. in cod. Voffiano bibl. Leidenfis. v. Catal. pag. 400. nr. 16. – Cod. Medic. Florent, et duo codd. romanos, alterum biblioth. Vatic. alterumbibl. Theatinorum, adhibuit Voffius. Harl.

(f) De hoc vide Fabr. B. L. medii etc. aeui, tom. V. pag. 287. fq. ed. Mansi, aliosque, quos citat Saxe in Onom. L. pag. 439. Harl.

Digitized by

Vol. V. p. 3**P**4

Lib. V. c. I.

V. Scripta ambulantia fub nomine S. DIONYSII Areopagitae 8) [P] qui primus deinde Athenarum episcopus *) et Domitiano imperante *) adsectus martyrio suit, licet haud indigna lectu, fi cum iudicio eucluantur, tamen quatuor primorum faeculorum ignota feriptoribus, atque, vt vel ex Theodori presb. libro pro scriptis Dionysii apud Photium cod. I. conflat, jam olim vocata in dubium et Dionyfii illius nomini haud dubie fuppolita funt, vt demonstrarunt Io. Dallaeus libro 1. de Dionysii ex Ignatii scriptis, Geneu. 1666. 4. Alex. Morus ad Act. XVII. 34. Georg Hackewillus, Anglus, libro de prouidentia Dei, Londin-1635. f. 208. sq. Edmundus Albertinus de Eucharistia p. 260. seq. lac. Vserius in difl. de Dionyfio, edita ad calcem eius libri de scripturis facrisque vernaculis p. 281. sq. [Qudinus de script. eccles. tom. I. pag. 1354. fqq. *)] Wilhelmus Ernestus Tenzelius exerc. select. 1. 2. p. 285. vbi Schelstrateni, et Tho. Ittigius diff. de Patribus Apostolicis p. 143-165. et in felectis hift. ecclef. faeculi I. capitibus p. 25-43. vbi Laur. Cozzae') et Claudii Dauidir argumenta conuellit. Atque ex ipfis romanae ecclesiae fociis praeter alios Io. Launoius in iudicio de libris, Dionysio Areopagitae inscriptis, Phil. Labbens t. 1. de scriptor. eccles. p. 3766. feq. Nicolaus le Nourry in Apparatu ad bibl. Patrum diff. X. Io. Morinus de lacris ordinationibus p. 28. fq. 42. feqq. et Nanus Tillemontius t. 2. Memor. ecclef. pag. 437. feq. qui p. 443. feq. Pearsonii quoque confutat rationes, quibus in Ignatii vindiciis lib. r. c. 10. vir ille doctus voluit oftendere, fcripta Dionyfio iam fuppofita effe circa A. C. 330. quod vilum etiam Beuersgio notis ad Synodicum p. 72. b. Sane ab aliis videntur rectius referri ad saeculum quintum, quando quidem et Seuerianis Dionysii Areopagitae scripta [1] A. C. 532. ") in collatione CPolitana iactantibus Catholici refponderunt: illa teftimonia, quae vos Dionyfii Areopagitae dicitis, unde potestis ostendere vera esse, ficut suspicamini? fi enim eius erant, non potuissent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? quan-

g) Eius meminit S. Lucas Actor. XVII. 34. Plura de hoc Dionyfio, fed minus certa tradunt Vitae fanctor. et Menaca 3 Octobr. et quae ex Sim. Metaphrafte, Mich. Syngelo, et Methodio fiue Metrodoro aliisque leguntur tom. 2. Operum Dionyfii edit. Corderianae, vbi et vita S. Dionyfii fcripta a Petro. Halloix ex T. I. Vitar. fcriptorum Orientahirm, Duaci 1633. fol. et Martini Delrio vindiciae Areopagiticae contra Iofeph. Scaligerum Antwerp. 1608 [al. 1607.] 8. pridem editae occurrunt. Videndus etiam Andreas Sauffaeus de Myfiicis Galliae fcriptoribus. Parif. 1639. 4.

b) Dionysius Corinthius and Eu/eb. III. 4. et IV.
23. hift. eccles. Confer Constitutt. Apostol. VII. 46.
et ibi_ Cotelerium.

i) Vide Sirmondum de duobus Dionyfiis c. 8. et Tillemontium Memor. ecclefiaft. tom. 2. p. 435. Varias de Dionyfio Arcopagita fabulas excutit B. Io. Georgius Dorfcheus in femestri Tiburtio -Dionyfiaco p. 32. 19.

4) In diff. critica de feriptis Dionyfii Rfeudoareop. cap. I. in quo demonstrat, opera omnia, S. Dionyfio Areop. attributa, esse fupposititia: in cap. II. pag. 1361. sqq. oftendit, a quibus hace opera conficta suerint et supposita. A Seuerianis, putat, errores Eutychetis amplexantibus, et cap. III. soluere conatur objectiones. In cap. IV. recenset interpretes atque scholiastas operum Dion. Areop. corumque codd. atque editiones, p. 1368. sqq. Harl.

1) De Cozzae Vindiciis Areopagiticis ad Clementem XI. Romae 1702. 4. editis, vide Acta Er. 1703. p. 401. et de Claudii Dauidis diff. fur S. Denis l'Areopagite (Paris 1702. 8.) Act. Er., 1704. p. 168. et Ephemerides Parifientes A. 1702. p. 304. fq. vbi argumente ipfius itidem breuiter refutata inuenies. Cozzae libro fubjuncta Io. Nomi pro operibus S. Dionyfii aduertus Laur. Vallam apologia.

m) Baron. ad A. C. 532. n. 39.

8 Lib. V. c. I.

DIONYSIVS PSEVDAREOPAGITA.

Vol. V. p. j

do et B. Athanafus, fi pro certe scisse fuisse, ante omnia in Nicaeno Coucilio de con. fubstantiali trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversae substantiae blasphesmias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc possitis ostendere, quia illus fint, hefcio. Ibidem, vt ab Eulogio apud Phot, cod. CCXXX. Leontio measer octava de sectis. Facundo lib. 1. et Liberato in breulario c. 10. Apollinarislae arguuntur, quod scripta praeclarorum ecclefiae doctorum falfauerint, Iuliogue, epifcopo rom. epiftolam ad Dionyfium fuppofuerint, vt adeo non abfurde coniecerit Eduardus Stilling fleetus "), Dionyfium islum, Apollinaris discipulum, sub Areopagitae nomine feripta sua ex Plotini, Porphyrii, Iambliehi et aliorum Platonicorum °) fcriptis incrussata edidisse, dicasseque Timotheo, quo nomine vti notifimus ille S. apostoli Pauli discipulus fuit, ita memoratur etiam Timotheus quidam inter Apollinaris discipulos a Damaso, Gennadio, Augustino, Theodorito V. 10. hist. aliisque. Saltim probabilius esse videtur Areopagitae scripta supposita fuisse ab Apollinaristis, (vel, vt Morino visum, ab Eutychianis,) quam a Gregorio M. quae Dodwelli fuspicio est p. 389, lib. de jute Laicor. sacerdotali. Quin ne lecta quidem a Gregorio Dionysii scripta, (licet hom. 34. in euang, illius dictum memoret, colligunt Petavius de Angelis pag. 107. et Io. Morinus de facris ecclesiae ordinatt. pag. 421. Fabr. - Add. Oudin. comment. de script, eccles. I. col. 48, sq. gui praecipue versatur in quaestione examinanda, vtrum Dionyfius Areopagita faeculo ecclefiae primo in Gallias venerit, factusque fit et Francorum apostolus, et primus Parisiensium episcopus, docetque vberius, Dionysium Parisiensem, labente faeculo III. vel incipiente IV. martyrem agnitum, omnino diverlum fuille a Dionyfio Areopagita. — Gottlieb Stolle in: aufricht. Nachricht. von dem Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter der IV. ersten Hundert Jahre, c. XIV. p. 309. 325. multos, qui in vtramque partem de Dionysio Areopagita, fabulise de eo sparsis, seriptis, illi fuppolitis, de eorum argumentis et quando vixerit illorum libr. architectus, varia fortuna scripferunt, vberius recenset et multa alia obseruat. Io. Frid. Mayeri disp. de Dionysio Arepagita scriptis etc. contra Arnold. Gryphis. 1708. 4. I. G. Walchit bibl. patristicam pag. 219. fqq. Alios V. V. D. D. laudaui in Introd. II. 2. pag. 178. Inter illos praecipue nominandus est Henr. Conr. Arend, qui edidit:

Unpartheyische Lebens-Beschreibung des ehrwürdigen Dionystas Areopagita, anfänglich Raths-Herrn des hohen Gerichts Areopagus, und nachmaligen Bischofs zu Athen, nebst ausführlicher Nachricht von dessen Schriften, und derselben mancherley Auflagen. Gosslar. 1725. 4. Ille alios quoque bene multos, praeter eos, quos iam laudauit Fabricius, excitat VV. DD. in vtramque partem disputantes; ils vero accedit, qui spuria censeant scripta, Dionyfio supposita, et, quae contra dici possint, diuersague de probabili illorum scriptore ¹ huiusque aetate indicia, diligenter examinat: denique editionum exhibet catalogum.

Ad hiftoriam Dionyfii fiue veram fiue potius fabulofam pertinet quoque liber: De translatione corporis S. Dion. Arcop. seu-Parisiensium apostoli, e Gallia in Bauariam ad ciuitatem

ecclefiae Rom. c. 2. pag. 133.

o) Platonica quoad potuit decreta per/ecutus, Christianis ea dugmatibus alligare contendit. Ita

n) Refponf. ad Creffii Apologiam de fanalicifmo de Dionyfio Petauius IV. 101 de Deo. Confer Tho. Galeum ad Iamblichum de Mysterijs Acgyptior. p. 207.

Digitized by GOOQ

Ratis-

DIONYSII INTERPRETES.

Ratisbonam dissert. conscripta a Io. Raptista, S. R. I. Principe et ord. S. Benedicti abbate ad S. Emmeramum epis. et martyr. Ratisbonae, 1750. 4. Operose nec indocte suam quidem rem peragere, et Mabillon, Halloisium aliosque, secus sentientes, refellere adnititur: pag. 84. sq. de cod. euangeliorum aureo Emmer. disputat: pag. 117.226. (Othloni, monachi Emmer.) epist. et II. opusc. pro desensione Ariopagitae (sc.) ac de translat. S. Dionysii primus edit.

Iis, quos Fabr. noster citauit, addi posse P. Lequim, notant auctores actor. erudit. Lipliensium, germanice scriptorum, vol. I. part. VII. p. 600. vbi hoc Fabric. B. Gr. volumen recensent. Lequim autom in altera diss. Damascenica, (in eius editione Damasceni Opp. Paris. 1713. fol. §. 12. et 13. vti censor illius edit. in act. erudit. germ. l. c. pag. 367. adnotauit,) censet cum aliis, quod in libris Dionysii Areopagitae varia haerescos monophystiticae reperiantur indicia, illos cuidam sectae, qui forsan in Attica ante Cyrillum Alexandrincum, illos libros citantem, vixerit, esse adscribendos; negat vero contra Pearsonium et Caueum, eos ab Apollinario ipso esse confectos. Harl.

VI. Dionyfi Alexandrini commentaria in Areopagitam, quae laudantur a Io. Cypariffota de Theologia fymb. quaeque in bibl. nobilis Veneti, Collini, mfta fuisse testatur Turrianus, non episcopi illius, medii faeculo tertio clari sunt, sed longe iunioris Dionyfi Alexandrini, Rhetoris, vt notatum Edm. Albertino de Eucharistia, Dauentr, 1655. fol. p. 261. Neque diuería a mara géoreo; in Dionyfium, ques alii tribuunt Io. Scythopolitano, quasque Maximi, monachi, scholiis permixtas V (series) observauit. 'Has latine verterat Anaflafius bibl. fed illa verfio intercidit. Anoflafii verfio latina fcholiorum ad Dionyfium edita quidem non est; fed msta adhuc exstat in cod. Colbertino, de quo Nourrius pag. 210. adparatus ad bibl. patrum, et in Bituricenfi, de quo Labbaeus tom I de scriptor. eccles. pag. 67. sq. In praefatione ad Carolum Caluum praemissa testatur Anastasius, fe figno crucis scholia Maximi a Ioannis Scythopolitani Antistitis scholiis distinxisse. [adde Ittig. disf. de patribus apostol. p. 141. sq.] Vertit et Rob. Lincolniensis. [P] Ceterum Maximi scho. lia et Georgii Pathymeras, Maximum plerumque fequuti, paraphrafis graece et latine exfant in editione operum Dionylii Corderiana. Iohannis Darenfis, metropolitae, commeutarios syriace scriptos necdum editos Io. Morinus 1) ait, Maximo et Pachymerae ingenii acumine et philosophicis in re theologica ratiociniis longissime antecellere, verum neutiquam scriptos effe facculo quarto, vt Abrahamo Ecchellensi^r) persuasum; sed post A.C. 692.

p) Vide ejus diff. de Dionyfio, quam H. Warthonus edidit ad calcem libri de fcripturis facrisque vernaculis. pag. 299. Fabr. Brüggemann in View etc. pag. 286. hunc retulit operis titulum: Iac. Vfferii, Armachani archiepifcopi, hiftoria dogmatica controuersiae inter orthodoxos et pontificios de fcripturis et facris vernaculis, nunc primum edita, Accefferunt eiusdem differtatt. duae de Pfeudo - Dionyfii fcriptis et de epistola ad Laodicenos, antehac ineditae. Descriptit, digessit et notis atque auctario locupletauit Henr. Wharton, A. M. — Londini, R. Chiswel 1690. 4. Vol. VII. Idem Brüggem. ibid. memorat librum, huc pertinentem: A Differtation vpon the Writings of Dionyfius Areopagita, fnewing them not to be genuine, by George Hakewill, in eius Apology or Declaration of the Power and Providence of God in the Government of the World. Londin. 1635, fol. pag. 208. fqg. Harl.

q) De facris ecclesiae ordinationibus p. 493. fq. edit. Parif.

r) In episola ad Io. Morinum apud Rich. Sinionem ad Gabr. Philadelphiensem p. 279. et in B notis

Vol. V. p. 576

Digitized by Goog

Lib. V., c. I. 10

DIONYSII AREOP. EDITIONES.

, 602. Germani, patriarchae CPol. fcholia in bibl. Vaticana adhuc fervantur : [tefte Schelffra. teno in diff. apologetica de disciplina arcani.] Georgii Hieromnemonis in biblioth. Medicea. Latine vertit fcripta, Areopagitae tributa, perlataque in Galliam, A. C. 827. Hilduinus, abbas Sandionysianus, ad Ludouicum Pium, imp. quae eius interpretatio praeter pauca Areopagiticis eius 5) inferta interiit. Iohannis Scoti Erigenae ad Carolum Caluum, et Iohannis Saraceni, circa A. 1180. clari, exflat, quemadmodum et Thomae, Vercellensi abbatis, circa A. 1240. Paraphrafis seu commentarius in Dionysium: Scholia Dionysii Carthus, et Hugonis, Alberti M. et Thomae. Roberti guoque Groftehead, Lincolnienfis epilcopi, verfionem et commentarium feruat bibl. Collegii corporis Christi Oxon. Transtulerant etiam Dionyflum latine Ambrofius Camaldulenfis, Marfilius Ficinus myflicae Theologiae, quam Io. Eccius quoque et Carolus Hersentius illustrarunt, et libri de mystica Theol. interpres, tum Ioach. Perionius, Conradus Clauferus et nouissime Balthafar Corderius. Prime editio graeca lucem vidit Florentiae in aedibus Philippi Iuntae 1516. 8. praefixo Glosfario graeco vocabulorum difficiliorum, quod in MS. Caefareo etiamyreperit Lambecius et male proinedito habuit. Alias graecas latinasque, a Caveo, Ittigio '), Nourrio et Cozza recenfitas, omitto. Corderianam praestantislimam graeco-latinam Antverp. 1634. fol. 2. Vol.- (cui A. 1644. defensio Areopagitae, auctore loanne Chaumontio, acceffit,) diffinctius recenset Labbeus T. 1. p. 260. feq. Fabric.

Adhuc indicabo editiones, quarum quidem plurimas paullo copiolius neque tamen fatis diligenter iam recensuit Arend 1. c. pag. 33. fuq. Hic fcribit, Dionyfii opulc. de coelesti hierarchia (vom himmlischen Fürstenthum, est versio germanica anonymi) primum exculum effe typis Ant. Koburger. 1491. Idem, sed ducibus haud adeo certis, tradunt Maittaire A. T. tom. IV. part. I. pag, 537. et cel. Panzer in: Annalen der ältern teutschen Litteratur etc. pag. 190. sed in Annal. typogr. mentionem illius edit., quoniam spuria forsan videbatur, non fecit: contra in A. T. II. pag. 240. ducibus Roedero et Denisió, memorat opufculum, inferiptum:

Dyonifi Arinpagite doctoris Ierarchiei vita et oratio ad eundem archipontificem ac martirem gloriofisimum deuotissima. — In calce: Hierarchici dionysii legenda vna cum oratione pulcra finit feliciter. Nurmberge per Caspar Hochfeder feliciter impressa. charact. goth, 4. fine anni nota.

Dion. Areop. epistola ad Timotheum de vita Petri et Pauli, lat. Colon. 1478. 4. de myslica theologia, et de nominibus diuinis, interprete Marfilio Ficino. Florent. per Laurent, Francifc. Venetiis. 1492. 4. charact. goth. conf. Foffii cat. bibl. Magliab, I. col. 619. Iq. Audiffr. specim. p. 355. refert eam ed. ad a. 1496. v. Panzer. A. T. IV. pag. 308.

Dion. Areop. quaedam opera, (scil. de coelesti hierarchia, et ecclesiastica hierarchia, de diuinis nominibus, de mystica theologia etc.), ex translatione Ambrossii Camaldol. cum eius

fcholiis.

JOOGle

notis ad Catalogum Hebed Iefu p. 46. Confer. Hottingeri bibl. Or. pag. 290. [et Ittig. de patrib. apoft. p. 140.]

s) Hilduini Areopagitica vide apud Surium ad IX, Octobr.

minus curate diligenterque:] Nourrius diff. 10. Apparat. ad Bibl. Patrum. c. 21. et Cozza Vindic. Areopagit. pag. 2. c. 22. [Fabr. - add. Oudin. comm. de scriptor. - eccles. tom. I. pag. 1367. Ted minus plene er curiofe; et pag. 1368. sqq. de t) Diff. de Patribus Apostolicis p. 134. fq. [sed veteribus interpretibus, paullo curatius. Harl.]

Digitized by

Vol. V. p. 6

scholiis. S. Ignatii vadecim epistolae. S. Polycarpi epistola vaa. ex edit. Iac. Fabri, Stapulenfis Parif. per I. Bigmanum, et Wolfgang. Hopylium. 1498. fol. v. Foffii catel. 1. c. col, 620. fqq. et alios, quos laudat cl. Panzer A. T. II. pag. 321. Edit. Argentor. 1498. quam cit. Oudin. de script, eccl. antiquis tom. III. col. 2435. spuriam habet Clement in bibl. curieuse etc. tom. J. pag. 256. not.

Dion. Arcop, de celesti hyerarchia: de diuinis nominibus: de mussica theologia, et eiusdem epifiolae, quas emendauit et cum graeco contulit Ambrof. Camaldulenfis in monaflerio Fontis Boni anno 1436. in fine: Impressum Brugis per Colardum Mansionis, fine a. nota. v. Laire indic. librorum ab inuenta typographia etc. Senonis 1791. 8. pag. 6.

Opp. Dion. translationis nouae de celesti Hierarchia cum scholiis: de eadem ecclesiaflica Hierarchia cum comment. Marfilii: de myslica theologia cum eiusd. comment. Vn. decim epistole Dionyfi cum eiusd, commentar. Vndecim epistole Ignatii; Argent. M. v. c. II. (1502) fol. — et translat. nouislimae de mystica theologia: de diuinis nominibus cum comment. Marfilii Ficini. lb. eod. anno. fol. v. Panzer VI. p. 29. Arend, l. c. p. 35. hunc editionis Argentor. titulum esse ait: Opp. Dionyfii veteris et nouae translationis etiam novifinae ipfius Marfilii, Ficini, cum commentariis Hugonis (de Sto Victore), Alberti, Thomae (de Aquino), Ambrofii oratoris (Camaldulenfis,) Rob. Linconienfis et Thomae Vercellenfis *).---Idem Arend adnotat, Hugonis de S. Viff. explanationem libri, coelestis hierarchiae, effe quoque in eius Opp. Rotomágii 1648. et Moguntiae 1617. - Distinctius duas illas edd. indicat Maitt. II. p. 155. Kinderling in indice libror. memorab. bibl. Magdeb. etc. in: Meufelii hilt. litterarisch bibliogr. Magazin. (Tiguri 1790.) part. II. p. 177. memorat Dion. Areop. opera, Argentor, 1503. 4. fed in Maith A. T. II. pag. 160. non folum additos effe comnient. (in edit. 1502.) et Ignatii epp. scribit, sed formam quoque fol. designat.

Dion. Areop. opera ex lat. versione Marsilii Ficini. Argentor. 1511. fol. v. Kinderl. l. c. pag. 182. et ibid. pag. 183. occurrit Dion. Areop. de coelesti hierarchia variaque eiusdem opuscula. Paris. 1513. fol. — Opp. latina Ambrosii Camald. versio cum schol. Iac. Fabri et Iodoci Clichtouei. Ignatii XI. epp. Polycarpi ep. vna. Parif. apud Henr. Steph. 1515. fol. (v. Maitt. A. T. II. pag. 263.).

Graece primum prodierunt quaedam opulcula in ed. Iuntina, cuius haeo eft epigraphe: Τάδε ένεξιν έν τηδε τη βίβλω το άγιο Διονυσίο Περί της δρανίας ιεραρχίας κε-Φαλ. ie. etc. Haec infunt in hoc libro S. Dionyfii. De ecclefiaftica hierarchia. Cap. XV. De diuinis nominibus, cap. XIII. De pontificali dignitate. cap. VII. De mystica theologia. Cap. V. Epistolae X. Martyrium f. Dionysii, (auctore Methodio, vel, ve alii, Metrodoru.) Florent. in aedib. Phil. Iuntae 1516. 8. cum prologo S. Maximi, scholiisque ac fragmentis quibusdam aliorum in fine. v. Bandini annal. typogr. Juntarum, part. II. pag. 103. Iqq. et Maittaire A. T. II. pag. 277.

— de mystica theologia, gr. et lat. ex var. interpr. cum comment. Eckii. August. - Vindob. 1519. J. v. Maitt. II. pag. 328. et Panzer VI. pag. 153. Arend pag. 36. citat priorem Eckii edit. Ingolstad. 1517. m. 4.

cui etiam adiectae funt Ignatii epp. latine ed. 10, Sa- lat. ex int. Ambrofii Camald. accedunt Ignati et Faceno, cuius exemplum eft in bibl. Paul. Lipf. fed Polycarpi Epp. Venet. 1502, fol. 'ap. Io. Tain eadem etiam funt *Dion*. opp. cum Epp. Ignatii (cuin.

*) Ita fere inscribitur editio haec Argent. 1503. fol. et Polycarpi, lat. Argent. 1502. fol. et Dion. Opp.

JOOGle Digitized by

Dion.

12 Lib. V. c. I. DIONYSII AREOP. EDITIONES.

Dion. Areop. opera, gr. cum interpret. Io. Sarraceni, Ambrofii Camaldul. Marfilii Ficini et Vercellenfi extractione. Io. Eckius commentar. adiecit pro theologia negatiua. Augustae Vindel. per Jo. Miller. 1525. fol. — lat. cum Ignatii epp. ét Antonii Eremitas epp. Colon. ap. Quentel. 1536. fol. v. Arend pag. 36. sq. Maitt. II. p. 835. et 836. atque Clement. l. c. p. 257. cui editio Colon. 1539. quam Gundling. et Oudin. citant, est fuspecta.

Dion. Areop. de nominibus divinis, gr. et lat. Venet. 1538. 8. Arend citat ex I. G. Olearii biblioth. fcr. eccles. pag. 201.

— de ècclesiastica hierarchia oratio, gr. et lat. cum graecis scholiis et latina Dionya fii ad Polycarpum epistola. Basil. in offic. Heruag. 1539. 8. vid. Maittaire III. p. 298. — Conr. Clauseri versionem Dionysti latin. nouam, Argentor. 1546. lucem adspexisse, notat Arend l. c. Ittigius alique. — Eodem anno Dion. Arcop. opp. ex versione variorum latina prodierunt Coloniae.

- Dion. Arcop. epistolae, Basil. 1550. in: Μικροπιζεσβευτικών, s. breuium quorumdam veterum theologorum opera. fol. v. cat. bibl. Leidens. pag. 38.

Dion. Areop. opera omnia, quae exstant; eiusdem vita incerto authore, (Methodio, vel Metrodoro;) scholia incerti auctoris, (Maximi) in librum de eccles. hierarchia; quae ontnia latine nunc primum a Ioathimo Perionio, — conuersa sunt. Lutet. ex offic. typogr. Mich. Vascosani. 1556. fol. rec. 1566. ibid. et 1605. Paris. ex offic. Cl. Morel. fol. v. Maittaire III. pag. 673. sequence et al. 1990. Paris. ex offic. Cl. Morel. fol. v. Maittaire III. pag. 673. sequence et al. 1990. Paris. ex offic. Cl. Morel. fol. v. Maittaire III. pag. 673. de Perionio. Areud duce forsan Ittigio p. 135. memorat ed. huius Perionianae versionis Colon. ap. Matern. Cholin. 1557. 8. Paris. 1567. et aliis aliorum scriptorun eccles. epistolis etc. auctiorem, Lugduni 1585. 12. — et edit. graecam opp. Dion. Venet. 1558. Ficini translatio Dionystii Areop. vna cum illius argumentis est quoque in tomo II. operum Ficini. Basil. 1561. nr. 1. v. Io. Corsti vitam Martilii Ficini, ed. ab Ang. Mar. Bandinio, Pisis 1771. 8. pag. 75.

Georg. Pachymerae paraphrafis in omnia Dionyfii Areopagitae Opp. graece: exc. Guil. Morel. Parif. 1561. 8. S. Maximi fcholia in Dionyfii libros et Illich. Syngeli laudat. eiusdem. graece ap. Guil. Morelium. 1562. 8. — B. Dionyfii Areop. opera, graece cum variis lection. Parif. ap. Guil. Morelium. 1562. aut communi titulo iunctim editi funt libri illi et infcripti (fec. catal. Pinell. I. pag. 59.) S. Dionyfii Areop. opera omnia, cum fcholiis S. Maximi et Pachymerae paraphrafi gr. Parif. ap. Guil. Morel. 1562. II. tom. 8. et praeter. memoratam tamquam alia edit. graece ibid. eiusdemque anni III. voll. citatur in cat. bibl. Leidens. pag. 38.) Moref. vfus eft VII. codd. msst. quorum accuratam defcriptionem ipfe ad editionis calcem dedit: fed verfionem librorum illorum latinam, in initio opp. Dionyfii promiffam, forfan morte prohibitus non euulgauit. v. Maitt. III. pag. 720 et 724. et de Maximo ac Pachymere, Arend pag. 38. (qui pag. 39. edit. gr. et lat. curante Gulonio, Parif. 1602. memorat.) atque Io. Fabr. hift. bibl. fuae tom. I. pag. 115 et 116. ac de Pachymere Ittig. l. c. pag. 138. fq.

Dion. Areop. Opp. a Petro Lansselio, gr. cum Perionii versione latina. Paris. 1615. fol. Lanssel. in praefixa apologetica disput. probare nititur, Dionysium nuissum suisse in

Galliam,

Digitized by GOOGIC

Vol. V. p.677

Galliam, et quae ei in hac edit. tribuuntur, ipfius effe foripta. Addita funt praeterea aut fubiuncta vita Dionyfii ex eius operibus foholiisque Maximi collecta; vita et encomium Dionyfii, ex menaçis Graecorum, Simeone metaphrafte, Suida, libro II. Nicephori, Mich Syngelo, eiusque martyrium ex Methodio ac Dionyfio Guerino; tum Lanffelii notae variaeque lectt. Maximi foholia in libros et epp. Dionyfii, et Pachymeris paraphrafis etc. de quibus omnibus fufius differit *Io. Fabr.* in hiftoria bibliothecae Fabricianae, tom. I. p. 113. 116. qui inter alia obferuat, Syngeli librum de laudibus S. Dionyfii, Lutetiae Parif. gr. ac lat. prodiiffe a. 1547: 1562. (quam ed. a Morell. curatam effet iam obferuauimus,) et per Corderium 1633.

Dion. Arrop. opera de coelesti et eccles. hierarchia; de diuinis nominibus; myssiica theologia et epp. Coloniae Agripp. 1618. in bibl. patr. vol. I. fol. pag. 97. (catal. bibl. Leidens. pag. 38.)

de mystica theologia gr. et lat. cum adnotatt. Caroli Hersentii. Paris. 1626. 8.

Dion. Opera cum fcholiis S. Maximi et paraphrafi Pachymerae, gr. a Balthafare Corderio latine interpretata et notis theologicis illustrata, Antwerp. ex offic. Plantin. B. Moreti. 1634. fol. II. voll. — rec. et addita Io. Chaumontii defensione Areopagitae. Parif. 1644. fol. II. voll. Integram eamque longam posterioris editionis inscriptionem, et indicem contentorum lege in Maittaire A. T. III. pag. 905. fq. add. Arend. pag. 39. fq.

Dion. Arcop. opera omnia, commentariis illustrata, gr. et lat. cum paraphrali Ge. Pachymerae et adnotatt. Balthaf. Corderii, post edit. Antwerp. et Parisiensf. nouis accessionibus vari. lectt. (ex codd. Venetis) et dissert. praeuia ") locupletata. Venet. 1755. fol. II. voll. v. Illustris. Sam. S. R. I. com. Teleki biblioth. part. I. pag. 253. Harl.

VII, In bibl. Caefarea praeter latinos duos exflant codices MSS. graeci operum Dionysii, quos cum Corderiana editione conferri operae pretium esse notat Lambeciur, quem vide lib. III. p. 67. ") fqq. ") et in itinere facro Cellenfi p. 175. fq. Idem Lambecius Epiflolam ibi [V]'MS. exstare refert ad Timotheum, de morte SS. Apostolorum Petri et Pauli. [Exftat quoque in cod. Florent. etc. v. notit. codd.] Nam Epifiola de Eclipfi Solis ad Apollophanem *) quae latine tantum ex Hilduini Areopagiticis a Corderio t. 2. p. 273. cum Halloixii notis exhibetur, in codicibus graecis caesareanis etiam exfulat. Dionysii loca plura profert Gregorar lib. 32. hift. quemadmodum et Plotini Maximique. Fabr. Ex Montf. bibl. bibliother carum MSS. paffim in t. I. et II. magnus codd. Dlon. Ar. qui in variis cuftodiuntur bibliothecis numerus colligi poteft: quae omnia nolo repetere. Dion. Arcopog. loca et fragmenta occurrunt in Niconis collectione locorum S. S. et fcriptorum ecclef. in cod. Coisin. XXXVII. vbi etiam eft Dion. Arcop. martyrium, in cod. CXVII. - in cod. CXXII. fec. Montfauc. cat. bibl. illius pag, 111, 191-197. — in collect. rerum moralium ex script. eccl. in cod. Coisl. CXII. (Montf. l. c. pag. 186. et in aliis eiusmodi catenis, collectionibus et miscellaneis, in cod. **B** 3

a) Francisci Bernardi de Rubeis, qui in c. II. §. III. de vero atque genuino operam auctore docte disputat, et cap. II. pag. 3. de S. Maximo,

 w) Conf. infra, in notit. codd. Vindob. Harl.
 x) In illa Epiftola pro Philippo Aridaeo Philippi Medmaci, mathematici, nomen reponendum

eft, de quo dixi lib. 3. cap. 5. S. 8.

v) [Pag, 196. ed. Kollar.]

Digitized by Google

cod. Cuisl. CXX. - cod. CCI. - cod. CCLIX. - cod. CCLXXVI - cod. CCLXXXVIII. cod. CCXCIV. - cod. CCCV. vbi ineffe dicitur Dion. Areopag. de monachis. - cod. CCCLXXI. in S. Maximi opp. - (v. Montf. pag. 193. 257. 305. 390. 405. 412. 421. 578.) In cod. CCXXIV. fabulofa quaedam de Dionyfio Areopag. eiusque familiaritate cum Ioanne, apostolo, narrantur - teste Montf. p. 277, - in cod. CXLV. (p. 210. Montf.) est martyrium Dion. Arcop. — In cod. autem LXXXV. (Montf. p. 140.) funt omnia opera Dion. Areop. cum paraphrafi Georgii Pachymerae, et scholiis Maximi marg, quae omnia edita sunt a Cordețio. ---- În codd. LXXXVI. (cum glosfario et fcholiis Maximi, et fcholio quodam, in quo/Dion. Areop. vocatur Pauli apostoli discipulus etc. et in libro de ecclesiastica hierarchia dixiffe fertur, monachos olim vocatos fuiffe Therapeutas;) CCLIII, et CCLIV. funt Dion. Ar. opera et X. epiftolae v. Montf. p. 140. 303. et 304. - Parif. in publ. bibl. inter codd Syriasos est in cod. LXVII. Dion. Ar. Liturgia. — in cod. LX. inter codd. Armenos, commentarii in librum Dion. de hierarchia coelesti: - et in codd armen. LXXVI. Dionysii quaedam de vsibus in ecclesia receptis (quein Dionyfjum, confector catal. vol. I. pag. 85. sufpicatur, eumdem esse cum illo, qui de hierarchia ecclesiast. fcripsite) — in cod armen. LXXXVIII. nr. 8. Dionyfii epiflola, (apoctypha, indice collectore catal. c. l. pag. 90.) ad Timotheum de fanctorum Petri et Pauli morte. — Inter grabic. codd. nr. CLI. nr. g. homiliae quaedam Dionysii et aliorum. --- Ibidem inter codd. graecos, (teste catal. vol. 11.) funt libri plerumque iunctim et cum scholiis S. Maximi, de hierarchia coelesti et de divinis ; nominibus in codd. XV. — de hierarchia ecclef. et de myflica theol. in codd. XIII. — epiflolae in codd. XVI. — in cod. MCCCXI. funt e Dion. Areop. excerpta de angelis.

Taurini in cod. rég. CCCLIX funt opp. Dion. cum scholiis Andreae cuiusdam, (cuius nomen quoque occurrit in cod. quodam Florentino, paulo post memor.) quae tamen eadem omnino effe atque fcholia S. Maximi typis vulgata, adnotat auctor catalogi codd." gr. Taur. pag. 486. fq. qui etiam exferipta dedit duo difficha versibus gr. hexametris comprehenfa in Dionyfium, a Corderio omiffa, cum latina versione, ex alio cod. deprom-haec est inscriptio, (vt lat. versione vtar.) "Magni Dionyfii Areop. diuina theoria, atque pràedictio ad enangelistam Iohannem in infula Patmos exulem de diuina eius apocalypsi, guae, vt feriptum eft, quum finis venerit vnjuerfae terrae, aperietur. Secundum hoc magni Dionyfii epistolae argumentum cel. Occumenius divino quodam motu percitus interpretatus est. Dicitur autem expositio apocalypseos - Iohannis ab Oecumenio oratore conscripta. " v. catal. pag. 178. Iq. vbi practer ea adnotatur, opus videri in XII. fermones effe distributum; fed in cod. Taur. post num. B' (h. e. fecundum) statim fequi 9', f. nonum. Synopfis horum commentatiorum fub nomine Oecumenii e cod. Coislin. edita est a Montf. in bibl. Coisl. pag. 273. — In eadem bibliotheca Taurin. funt versionis latinae codd. n. in cod. CXCIX. DCLVI. et DCLVII. (fec. catal. codd. lat. p. 54. 208 et 209.) libri de angelica fiue coelesti et eccles. Ierarchia, de divinis nominibus, de mystica theologia, (interprete Io. Saraceno, de quo eiusque versione v. Oudin. tom, I. pag. 1369.) cpistolae; denique tractatus de differentia mundanae theologiae atque divinae et demonstrationibus earum, qui tractatus, (vti dicitur,) X, libris continetur et inter opp. Dionyfii editus fuit Colon. 1536. et auctor illius creditur Thomas Gallus, Abbas S. Andr. Vercellenfis, facc. XIII. v. Oudin. L c. l. pag. 1370. et auch catal. Taur. pag. 208.

Sec. Sec. 5 We low 3

Digitized by GOOGLC

Ronae

DIONYSII AREOP. CODICES.

Lib. K. c. I. 15

Romae funt opp. Dion. in Sfortiana bibl. n. LXXXIV. LXXXV. et LXXXVI. cum comm. Maximi monachi, et in Vatic. ex insstis Heidelb. n. XXXIX. et CXXIII. — tum in bibl. Meffanenfi apud Siculos — in cod. Oxon. bibl. n. MDCVIII et MDCXXX. inter codd. collegii corporis Christi, cod. membran. CXLI. et CLXIII. teste Oudin. l. c. col. 1366. fq. qui col. 1368. fqq. vt ad §. V. iam adnotauimus, vberius de codd. atque editt. veterum interpretum, fcholiastarum atque commentatorum disputat: ad quem ablegare praestat illorum cupidos curiofosque, quam vt omnia de charta in papyrum transscribendo tempus chartamque perdam. — Codd. multos, qui continent variorum vett. latinas interpretationes variorum Dion. librorum, recenset Bandin. in catal. codd. italic. bibl. Medic. Laurentianae, Gaddianae et S. Crucis, pastim. v. indic. I. in. tom. V. col. 514. — Versio omnium opp. Dion. ab Ambrosio facta et eiusdem versio lib. de coel, hierarchia in codd. Venetis S. Mich. Mittarelli bibl. codd. I. col. 327.

Florentias in bibl. Laur. Medicea in cod. XI. plut. V. de coelesti et ecclesiastica hierarchia ac de diuinis nominibus, cum fcholiis Maximi atque epigrammatibus tribus in Dion. a pag. 23-29 refiuncta funt scholia, et inscribuntur σχόλια το περί συμβολικής Deoλογίας. ad symbolicant theologiam (quae non amplius exstat:) quae vero pertinent ad initium cap. 1. operis de eccles. hierarchia. v. Bandin. cat. codd. Laurent. gr. I. pag. 31. qui non folum exfcripfit mem. epigrammata, fed etiam multus eft de Dion. Areop. — Eadem opulcula exstant cum commentariis, in cod. XIII. plut. V. Bandin. l. c. pag. 32. fqq. haud pauca excerplit ex commentariis, et copiolus est de horum auctore; praesertim ex quanam interpretatione scriptor face. XV. circ. fuppleuerit defectum interpretationis antiquioris in illo codice; num interpretationis recentioris auctor fuerit Dionyfius quidam Alexandrinus, rhetor "), (cuius commentaria in Arcopagitam laudantur a Io. Cyparisfiota et a Franc., Turriano in defensione canonum apostolorum aduers. Magdeburgens. centuriatores, Lutet. 1573. fol. pag. 236. t), an Germani, patriarchae CPolitani, an alius? — In cod. XIX. eiusdem plutei, Dion. opp editis initio et fine plane consentanea. (Bandin. l. c. pag. 41. vbi dedit duo scholiorum specimina excerpta). — In cod. XXVI. eiusd. plutei Dionysii libri de diuinis nominibus et de coelesti atque ecclesiastica hierarchia, item episiolas X, cum scholiis cuiusdam Andreae et Maximi atque epigrammatibus in Dionysii laudem. (Plura de hoc cod. dabit Bandin. l. c. pag. 50. fqq.) - Memorabilis eff cod. XXXII. plut. V. de cuius forma et argumentis copiose agit Bandin. l. c. pag. 56. sq. Sunt autem in eo Diomy, lib. de coelesti et ecclesiastica hierarchia, de diuinis nominibus, libellus quartus de mystica theologia, epistolae X. scholia, 124 capp. comprehensa, quibus praemittuntur hexametri, a Bandinio primum publicati, et prologus in S. Dionysium, qui sub nomine Maximi circum. fertur, atque epigrammata in eumdem. — In cod. XXIX. plut. VII. Georgii Pachymerae paraphrafis in Dion. Arcopag. opera: illa exstat in edit. Dionysii Arcopag. Veneta, 1755. fol. tom. 1. pag. 6 · 152. (Bandin. l. c. p. 289.) — In cod. XXXV. plut. VII. nr. 4. Dion. IV. epistolae ad Caium therapeutam cum vberrimis, Maximi forfan, Icholiis marginal. (Band. I. p. 296.) — In homilia Anglafi Sinaitae, quam Bandin. ex cod. XXXV. pl. VII. tom. I. pag. 299. Iqq. integram dedit, pag. 311. legitur Dionysii Areopag. defin. de animo. — In cod. XVII. plut. VIII. n. 25. excerpta ex Dionyfio Areop. et Maximi scholiis in eundem,

y) v. Fabrić, noftrum init. §. VI.

Band.

Digitized by Google

16 Lib. V. c. I. DIONYSII AREOP. CODICES.

(Band. I. p. 361.) — Excerpta ex IV. V. et II. capp. myflicae théologiae Dion. Areopag. cum Maximi fcholiis et Dion. lib. de coelesti hierarchia, in cod. XXXVII. nr. 6 et 7. plut. XXXI. (Bandin. II. col. 115.) — Inter testimonia feriptorum eccles. de praedeterminatione (vti dicitur.) et praescientia dei, in cod. VI. plut. LXXXVI. n. 8. (Band. III. col. 295.) Occurrit quoque Dion. in catena in Esiam, in Pfalmos etc. et citatur a so. Cantacuzeno alioque anonymo et a Niceta Choniate in thes. orthod. fidei. v. Band. I. p. 18. 34. 91. 99. 102. 254. 348. 358. et 433. Florentiae in monasterio Camaldulens. II. cod. Dion. Areop. opera, et de diuinis nominibus. (Montfauc. in diario ital. pag. 363. vbi duo is epigr. in Dionysium exscripta dedit, et pag. 364.) Ibid. Dion. Areop. ep. ad Timotheum de martyrio Petri et Paulli, et in alio cod. membr. Dion. Areop. opuscula et epistolae. (Montf. pag. 371. et 372.)

Venetiis in bibl. D. Marci in codd. CXLII. CXLIII. (cum Germani patriarchae CPolit. fcholiis aliisque, quae in editis non exstant, CXXXXIV. CCCCXCIV. CCCCCLVIII. funt Dion. Areop. opera gr. cum scholiis. — in cod. XXI. excerpta in catena in Iobum, fecundum catal. codd. gr.

Neapoli in bibl. regia codd. LXV et CCXIX. opp. cum schol. in posteriore cod. funt quoque effigies Dionysii adfabre depicta, Christoph. Patricii Mitylenaei in illum iambi, et καινών in S. martyrem Dionys. Areop.

Patauii in bibl. coenobii S. Iustinae Dion. Areop. opera et epistolae, — et in bibl. ordin. Eremitanor. de diuinis nominibus, teste Tomafino in bibliothecis Patauinis msst. pag. 46. et 72.

Leidae inter codd. Vossianos, martyrium Dionysii Areop. — in-bibl. publ. passio Dionysii sociorumque eius — inter codd. Bonau. Vulcanii, opera varia, in quibus postremum ely Maerúesov Të vov ev arios Asovoris Të aceonarites éwsinë ev energies. v. Catal. bibl. pag. 329. nr. 109. et pag. 396. nr. 24. in quo cod. etiam est Mich. Syncelli encomium in Dionysium, et pag. 346. — Inter codd. arabicos Dionysii D. Paulli discipuli epistola ad Timoth: de morte Petri et Paulli. v. catal. cit. pag. 419. nr. 129.

Lipfiae in bibl. Paullina esse codices Dionysii, ex Fellero pag. 101-103. refert Ittig in diss. de patrib. apostol. pag. 137.

Augustae Vindel. in cod. catenae in epist. Paulli ad Rom. sunt fragm. Dion. Areop. (v. Reiser. catal. pag. 9.) — Dion. Areop. et aliorum contra Arianos: sic quidem citatur a Reisero 1. c. pag. 22. (penes quem sit fides scripturae aut nominis Areopagitae aut Arianorum.) — Dion. de hierarchia eccles. et in alio cod. graec. Dion. fermones octo. — Dion. ep. de morte apost. Petri et Paulli, ex lat. versione. (Reis. pag. 26, et 35. et 49.)

Vindobonae in bibl. caefarea, fecundum Lambecii comment. pag. 646. vol. II. cod. CXXII. fumma breuis in hierarch. S. Dionyfii. Areop. metrice., — In vol. III. Dionyfius citatur in catenis, in cod. X. ac XLII. et in anonymi commentat. in praecipua V. et N. T. loca, in cod. XLVII. — Opera cum fcholiis in codd. XXXXIX. et L. pag. 184. fqq. (vbi Lamb, fex in Dionyf. epigrammata ex cod. exhibuit, at non primus, vti fibi videbatur, Kollario pag. 187. iam obferuante.) et pag. 191. fqq. in cuius posterioris adpendice II. eft

ano-

Digitized by

900c

DIONYSII SCRIPTA INEDITA AC DEPERDITA. Lib. V. c. I. 17

anouymi cuiusdam auctoris expolitio graeca difficiliorum quorumdam vocc. ad hierarchiam ecclef. pertinentium, quibus Dion. Areopag. vtitur, fimul et recensio deperditorum opp. Dionyfii: tum scholion quoddam, quod Lambecius integrum quidem dedit, sed adnotante Kollario, iam editum fuit in ed. Iuntina, in quo Dionvsius narrasse dicitur, monachos olim etiam vocatos fuisse therapeutas. (v. supra de cod. LXXXVI. Coislin.) In fine est lexicon f. interpretatio alphabetica difficiliorum quorumdam vocc. in opp. Dionyfii; quod quidem lexicon dignum cenfet, quod publicetur integrum; enimuero iam lucem vidit in ed. Iuntina. v. Kollarii not. p. 195. - Dion libri II. de coel. hierarchia et de diuínis nominibus; cum Maximi fcholiis: in cod. LI. v. Lamber. III. col. 196. fqg. qui tres illos codd. dignos effe iudicat, qui diligenter conferantur cum edit. Corderiana. — Maximi fchol. in Dion. libr. de coel. hierarchia, in cod. LII. v. Lamb. col. 198 — In cod. CLXXXVIII. nt. 18. (Lamb. IV., col. 455) excerpta quaedam ex opp. Dion. Areop. vbi citatur speciatim operis de hierarchia ecclei. c. V. πεεί των jegaτικών πελειώσεων. — In cod. CCXXXVII. nr. 13. CCLVII. nr. 1. et CCLXXXIII. nr. 2. funt excerpta ex opp. Dionyfii. v. Lamber. V. col. 191. 363. et 474. vbi citatur Dion. Areop. in To men iepw nenounderwy. - In cod. XLY: nr. 69. excerptum ex Dion. capite VII. de eaeremonus funeralibus, in exfequiis pie defunctorum vistatis, reel tor eni tois nenounnuévous redeuchour. (Lamber. VIII. col. 949.) -- Kollarius in fupplem. I. ad Lambec. col. 91. fgq. copiofe recenfet cod. XI. in quo funt Dionysii Areopagitae opera cum scholiis S. Maximi et Georgii Pachymerae paraphrasi: vbi Kallar. de procemio Maximi, ex hoc cod. edendo, de epigrammatibus Chriftophori, patricii Mytilenaei, in laudem Dionyfii, (quae etiam gr. cum versione Bonifacii Finetti lat, leguntur in novisiima edit. Veneta, tom. J. pag. 32.) et aliis contentis bene agit. -Morquae in bibl. Synodi funt duo codd. qui continent Dionyfi Areop. opp. v. cl. Matthaei notitiam codd. gr. bibl. Mosquenfium, (Mosquae 1776. mai. fol.) pag. 59. fg. Harl.

VIII. Deperdita Dionysii huius scripta sunt, megi ψ_{UX} megi dinais ugi deus dineuw mgis, megi delw $\psi_{\mu\nu\omega\nu}$, megi vontaiv, ugi ai sontaiv, megi deologunaiv $\psi_{\mu\nu\omega\nu}$, des diseuw mgis, megi delw $\psi_{\mu\nu\omega\nu}$, megi vontaiv, ugi ai sontaiv, megi deologunaiv $\psi_{\mu\nu\omega\nu}$, des di-(cuius operis frequenter meminit Dionysius. Vide t. I. p. 437. 444. 455. 465. 482. 490. 492. 497.) et megi suu Bolunis Geologulas ²). [comment. in Ioan. Apocalypsin. v. in S. VII. in not. codd. Taurinens.] His Pachymeri in procemio p. XLIII. memoratis, ex Gyraldo dial. 5. de Poëtis, qui id in commentariis graecis observasse se events exercises adfert quaedam Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus ^a). Anonymus MS. apud Lambecium lib. 3. pag. 69. [pag. 189. ed. Koll.] addit megi tis uata vouvo iega exclass. Sed addit, e male lecto libri de eccl. hierarchia loco, vt notauit Halloisius apud Corder. T. 2. p. 379. 519. Idem

2) Haec fymbolica theol. citatur a Dionyfio ipfo aliisque. v. Lambec. comm. de bibl. Caef. III. pag. 185. Alia Dionyfii deperdita citantur. in codd. Vindob. v. notit. codd. Harl.

aa) De Hierotheo, ex cuius Ocohoyunuis roizeinrers quaedam adfert Dionyfius cap. 3. de diu. nominibus, vide Halloixium tom, I. fcriptor. oriental, p. 600. fq. Nicol. Antonium libr. I. bibl. vet. Hifpan cap. 19. pag. 87. fq. et Tho. Ittigii diff. de patribus apoftolic. pag. 121. fq. Celebratur in Menologiis et martyrologiis 4 Octobr.

Vəl. VII.

Vol. V. p

Digitized by GO

18 L.b. V. c. I.

HERMAE PASTOR.

Idem recte monet, librum zeel row 'Ayyeruwer idiwrhrwr neg radzewr, qui cap. 4. de divinis notninibus citatur, diuerlum effe a libro, qui exstat, de coelesti hierarchia. Vide etiam, fi placet, quae ibidem Hallossus subjungit de Astis Martyrii S. Eutropii, sodalis sui, quae cum Epistola ad Clementem, episcopum Romanum, missise Dionysius traditur apud Vincentium Bellouac. XI. 18. speculi hist.

IX. De libro triplici, qui Pastoris titulo ex veteri latina versione ^{bb}) exstat, et vifiones 4. mandata 12. ac 10. fimilitudines complexus ab antiquis scriptoribus tributus est HERMAE, siue illi, (quod magis placet,) cuius mentio Rom. XVI, 14. sive Hermae, Pü, episcopi rom. fratri ") [1] pauca erunt, quae notabo post virorum doctissimorum industriam

bb) Anastatium, bibliothecarium, versionis illius auctorem essential est parum credibilis conicetura est Casp. Barthii, notis ad Herman, p. 855: neque de Russino constat, quum minime necessi sit, veteres somnes interpretationes deberi Anastassis atque Russins. Etiam hoc sine causta a Barthio pronunciatum essential productiones deberi Anastassis atque Russins. Etiam hoc sine causta a Barthio pronunciatum essential productiones deberi Dubito quoque, an multi adsensuri sint Tho. Galeo, qui praestat. ad Opuscula Physica, Ethica et Mythologica Pseudoclementem in libro Pastoris citat. Nam Clementis, inquit, opus esse, multa funt, quae suadent.

cc) Ita Pfendo - Tertull. 3. adversus Marcion. et liber Pontificialis in vita Pii. Sed antiquiorem elle Hermae librum scriptum ante excidium Hierofolym.' Clemente Romano cpifcopo, et ab Irenaco iani pro libro facro laudatum, recte monuere Pear fonius Vindic. Ignatii lib: r. c. 4. et lib. 2. c. 13. f. 408. et H. Dodwellus diff. de fuccessione Rom. Pontificum, c. XI. S. 5. Fabr. Primum notandum eft, nomen auctoris scribendum cse Hermas, non, Harm's, copiose doceque id demonstrante Cotelevio tom. I. pag. 73 fqq. Tum is, quae ego 'de Hermat actate scriptisque in Introduct. in hift. L. Gr. II. 2. pzg. 182. fq. iam collegi, et item quae I. Georg, Walch in historia eccletiaff. N. T. (lenae 1744. 4.) p. 343-347. disputauit, multis aliis V. D. laudaris, tum Stolle in: aufrichtige Nachricht von dem Leben - der Kirchenväter etc. pag. 29-32 ex Ittigii felect; capp. hift. eccl. faec. I. pag 155. emisque diff. de patrib. apostolicis §. LV. sqq pag. 184-206. (quem conferes,) aliisque observauit, ct quos infra, §. X. Fabricius citauit viros doctos, addi poffunt recentiorum narrationes et iudicia. Io, Salom. Semler in prolegg. ad Baumgartenii theol. polein.

vol. II. S. 51. pag. 7. fqq. Hermae librum, qui inscribitur Pastor, este miserrimum scriptum pronuntiat, et ab homine quodam christiano, Iudaeorem difciplinae quondam alumno, in Agypto, Alexandriae, confictum, demonstratum juit, multa contra Bullum in fect. I. defension. videi Nic. cap. II. S. 4. et de locorum Hermae quorumdum falfrate disputauit, alius autem loci in Vta fimilitudin: lectionem et fensum explicuit diligenter. - Hermam fuisse aut mente captum et fanaticum, aut, quod verifimilius videatur, licitum · fibi duxisse, colloquia cum deo et angelis fingere, quo doginata et praecepta, quae vera et salubria fratribus putabat, faciliores aures et animos invenirent, iudicauit Mo/heim. in comm. de rebus Chriftianorum ante Constantinum M. p. 163. nec multum diffentit cum allis Schroeckli in hiftoria christiana, germanice scripta, tom. II. pag. 373. sqq. Enimuero cel. Rosenmüller in libro de Christianae theologiae origine cap. 1. 6. VI. p. 28. négat, ficta illa cum deo angelisque colloquia probare statim, cum fuisse fanaticum et mente captum; contra ex tettimoniis veterum ipsoque libri argumento, quod a pag. 32 - 37. bene exhibet, colligit latiusque explanat scntentiam, destinatum fuiffe librum vfibus Carechumenorum ac rudiorum Christianorna, proinde recte pro prima institutiono catechetica in litteras relata haberi posse. Parum discedit, neque magnifice extollit Hermae librum, neque adeo deprimit Lange, qui in hift. dogniatum mem. 1. pag. 75-84. multus eft de illo. - Io. Iac. Zimmermann in disquif. histor. et theol. de visionibus in eius opusculis, pare I. fect. N. pag. 668. fqq. Pafloris et argumentum repetit, et auctoritatem fidemque examinat. Cotta in histor, ecclei, cit: 1. pag. 647-655, potiores de eo eiusque libro repetiit narrationes iudicisque.

Digitized by

Bar:

Vot V. p. 78

HERMAE PASTOR.

10

natali nihil prodiderunt memoriae; alii vero recentiores aliter hariolati potius funt, quam vt omnia ad liquidum perducerent; nec nobis licet secundum vllum litem dirimere. Scutentiam Dodwelli, Sui in differtat. 14. folicite quidem inquirit in annum, quo ortus itemque mortuus fuerit Irenaeus), iam alii fatis debilitarunt et vero infregerunt. Tillemont in : Memoires pour fervir à l'hift, ecclesiastique tom. III, part. I. p. 133. diem Irenaei natalem refert ad a. CXX. Ma/fuet in diff. II. ad Iren. art. I. §. 2. pag. 77. ad a CXL. Sed res acque incerta manet. vid. Walchii hift. ecclef. pag. 619. Hamberger 1. c. fuspicatur cum aliis; Irenaeum primum adspexisse lucem intra a. CXX CXXX. Multi praeter ca Irenaeum honore martyris machant; (a Tertulliano aduersus Valentinianos c. V. p. 252. edit. Rigalt. Irenacum in martyribus numeratum che, adnotat Saxius Onom. I. cit) sed primo disfident in anno; dein totam istam vltimi illius supplicii hiftoriani propter filentium vetuftiorum feriptorum viri doctifimi, Dadwell. l. c. Sam. Basnage in annal. politico - ecclef. tom. I. pag. 67. Caue, aliique abunde refutarunt; atque Ren. Massuetum I. mem. § 31. sqq. pag. 90. Dodwelli fenteutiam argumentaque oppugnaturum, leuioribus armis instructum, pro Irenaei martyrio pugnasse, iudicat Walch. hift. cit. pag. 622. adde paullo post in notitia codd. Vindobon. - Obitum Irenaei relert Hamberger I. c ad a. CCII. Sed alia quoque, quae narrari solent de Irenaeo, haud omnino certa habemus explorataque. Marl.

da) Irentieus III. 3. et apud Eusseb. V. 20. Polycarpi dissipulum testatur etiam Hieron. de S.-E. c. 35.

ee) Vide que supra §. 14.

f) Hieron. epift. 29. ad Theodoram. Videtur etiam Papiam respicere Irenaeus V. 3. ται μαρτυράντῶν αὐτῶν ἐκάνων τῶν κατ' ὅψιν τον Ἰωάννην ἑωρακότων.

Vol. V. p. 66

gg) Hine Pothini presbyterum vocat Micron. de S. E. De epistolis martyrum Lugd. vide Pearfon II. 13. Vindic. Ignatii et Petau. IV, 5. et V, 7. dogm. theol. de ecclesisfica Hierarchia: Ab episcopo romano ordinatus deinde totius Galliae episcopus, si credimas Quesnello ad Leonem M. diff. V. p. 477. 481. sq. Vide tamen, quae obiicit Tillemontius not. 3. ad vitam Irenaci pag. 620.

hle) Vide I. Franc. Buddei differt. de haerefi Valentiniana, subluncta eiusdem Introduct. ad historiam philos. Ebraeorum ed. II. Halae Sax. 1720. 8. passim, Idem tamen pag. 603. 613. 617. et alibi fidem et iudicium subtile Irenaei desiderat. Atque Semler, non folum in Ifagoge hiftor. ad Baumgart. l. c. pag. 131 - 133. Sed etiam in prolufione de cauenda molefta fedulitate facra ad corrigendas quasdam Irenaei et Tertulliani sententias, Halae 1772. 4. fidem Irenaei minuere ciusque libros in suspicionem vel omnino volcans vel frequentium interpolationum ab homine, iura episcopi romani amplificaturo, poriflimum factarum, adducere adlaborauit: sed illorum librorum defenfionesa fufcepit Walch, theol. Gotting. in tomo V. nouorum commentar. fociet. doctrinarum Gottingeniis, 17-5.4 - Veterum et recentiorum feriptorum de co iudicia collegerunt Pope Bount in cenfura etc. pag. 174-176. Stolle I. c. pag. 81. fqq. inprimis Massiet. prolegg. pag. CLXIII fqq. qui artic, I. II. er III. diff. primae pag. XI-I. vberius agit de Valentino eiusque dogmatibus, difcipulis ac migittis. adde (Georg Hopper) de Valen mano um haereli coniecturae etc. Londin. 1711. A. Harl.

Digitized by GOOQ

IRENAEI CODICES.

Vol. V. p. 66**P**67

fonio 2. Vindic. Ignatii pag. 131. Graece fcripferat haud dubie, non latine "), etfi graecis magnam partem caremus praeter ea, quae Epiphanius ex libro primo [P] fernauit, et quae aliunde maxime ex catenis viri docti eruerunt. Matthaeus Drefferus in epistola ad Mar. tinum Crusium A. 1590. Promisit mihi nuper Demetrius quidem Archiprésbyter, quem et tu vidifli, se exemplar Irenaei graecum intra menses sex este millurum. Ego vicissim duplum ei protium pollicitus sum, si promissum facit.. Sed minime fecit, quemadmodum et Venetiis et alibi spes de reperiendo graeco Irenaei MSto, fefellit, licet vel propter graecum, quo Irenaeus vlus eft, Noui Teft. codicem **) operae pretium effet in lucem proferria fi quidem, quod ante aliquot annos mihi adfirmabat Scraphinus, hieromonachus Mytilenaeus, ego autem vix ac ne vix quidem mihi perfuadco, addute in bibliothecis Graeciae manuj exaratus delitescit. Quis porro fuerit ayannes ille, cui opus suum Irenaeus inscriplit, incertum plane est, licet Turibium 1) eum vocet ad A. C. 185. Pleudo. Dextri Chronicon. Parum' conflat quoque, ecquis fuerit auctor versionis latinae, quam ab Irenaei fententia non raro aberrantem, Irenaeo ipli Polleuinus in adparatu facro perperam tribuit. Polt A. C. 385. occasione reujuiscentis in Priscillanistis yeudouvine yraderes compositam difputat Dodwellus mm). Verum non Augustinus modo, fed ante hunc Tertullianus iam illa vfus videtur, vt loca, a Grabio in prolegomenis part. XIV. adlata, fuadent. Gallum quemdam auctorem idem eile coniecit ex quibusdam idiotismis, atque librum quintum extrema magna' parte mutilum ad nos peruenisse contendit,

S. Irenaei Codd. mssti et Editiones.

[Primum codd, mester nominabo. Quorumdam mentionem fecit Fabricius, Vindobonae in bibl. caefarea in cod. IV. in catena in Genefin, et in cod, XLII. in catena in Euangelium Lucae aliquoties citatur, Irenatus. v. Lambecii commentar. vol. III. col. 35. et col. 163. sqq. — sententiae quaedam ex Irenaei scriptis desuntae, in cod. XXV. nr. 3. Lamber. ibid. col. 102. — fragmentum aliquod de Moyfe, in cod. XLVI. nr. 33. Lamber. IV. col. 264. In cod. XIV. vol. VIII. col. 214. fqq. quo cod continetur megni menologii menfis Auguflus, vbi v. Kollarii notas, est nr. 58. epitome martyrii Sctorum duorum martyrum Irenacorum, Sirmicnfis in Pannonia, et Lugdunenfis in Gallia, die XXIII. Aug. quam integram exhibuit Lambecius col. 44r. sqq. idem Lambec. adnotat, de Irenaeo Lugdun. etiam agi in Menaeis Graccorum codem die m. Aug. in martyrologio autem romano d. XXVIII. in. Iunii, et conferre iubet Baronii annal. eccl. tom. II. a. C. 205. nr. 28. Phil. Labbei diff. de fcriptor. ecclef. lit. I. ac Theoph. Raynaudi indiculum Schorum Lugdunenf. prolegg. IV. et litter. I. De Irenaeo autem, episcopo Sirmio, agit Lambec. ibid. col. 436. sqq. et primum prouocat ad Acta fanctor. cur. Henschen. ac Papebroch. tom. II. d. XXV. Mart. p. 555. sqq.

ii) Vti Erasmus in epist. nuncupatoria arbitrabatur. Sed Gelasius in pracf. ad suam ed. contra eum iam disputauit. Harl.

kk) Confer Io. Millii prolegomena ad N. Teft. Afturicenfis, Priscillianistarum oppugnatoris. p. XL. feq. et Colonie fit epift ad Iufteilum p. 127. vbi notat, codicem Cantab. et Claromontanum cum ~pag. 406.

Irenaei citationibus conuenire, quod nunc per interpretem tantum coniivere licet.

11) Dodwellus diff. IV. ad Irenaeum §. 7. p. 301. coniicit nomen confictum occasione Turibii

mm) Dodwell. differt. V. ad Irenaeum S. 10.

Digitized by

qui ex cod. Parif. regio in adpend. pag. 23. narrationem eius martyrii, mutilam partim, partim vitiofam exhibuerunt. Quare Lambec. ex cod. Vindob. meliore, in nonnullis quoque locis a Parif. discrepante, magnam initii et finis partem excerptis notisque aliquot illustrauit.

Secundum Montf. in bibl. bibliothecar. misst. funt fragmenta Irenaei in pluribus catenarum codd. et eiusdem opp. in cod. CLXXXVII et CLXXXVIII, nec non eius aduerfus haerefes in codd, nr. CLXXXVII et CLXXXVIII. bibl. Vaticanae et larine quaedam; (tom. I. p. 14. D. et pag. 98. B. pag. 131. C. et pag. 142. A. p. 641. C.) - Romat in bibl. Ottobeni, opp. latine. (ibid. pag. 183. A. et 185. D.) - Inter codd. Voffian. in Anglia, Iren. lat. bis. (ibid. pag. 681, E. D. in catal. bibl. Leidens. pag. 371. nr. 33. inter codd. Volfian. latin. occurrunt Irenaei libri V. contra omnes hacreticos. Hunc optimum codicem contulit Dodwellus, indeque collectas V. L. omnes, et apographum varr. lection. a Iof. Mercero olim e duobus codd. erutarum, Grabio conceffit.) - Romae in bibl. reginae Christinae libri contra haereses, in tribus codd. (Montf. I. p. 66.) - In bibl. Coislin. confessio patrum Irenaei, Dionysii, Ignatii, arabice, (tom. II. pag. 1042. A.) - gr. in pluribus catenarum codd. (ib. p. 1047. B. D. E. pag. 1048. B. pag. 1049. E. A. B. C. et pag. 1309. B. in cod. Mazarin. conf. plures catenas in codd. Coislin.: Montf. bibl. Coislin. pag. 41. 42. 43. 45. 66. 75. 76. 245. 248. 251. 263.) — in bibl. regia, vitae Polycarpi, Irenaei, Ignatii. (11. pag. 908. C.) In codd, Vaticanae bibl. guinque Eufebii Chronici, Hieronymo interprete, fcribi modo Irenaeum, modo Hyerenaeum, modo Ireronaeum, modo Ironaeum, a Montfaucon notatur in tom. II. pag. 152. fin. - Tum fragm, in parallelis Io. Monachi, ab aliis Io. Damafceno tributis. in cod. Coisl. CCLXXVI. et quaedam in cod. CCLXXXXVI. v. Montf. bibl. Coisl. pag. 390 et 414. — in cod. Maximi opp. ibid.

Venetiis in bibl. Marc. fragm. in catena patrum, codd. XV. v. cat. codd. gr. p. 17. - et in codd. CXX. bibl. S. Michael. tefte *Mittarellié* in cat. codd. pag. 533.

Florentiae in bibl. Laur. Medic. in catena in IV. Euangelia occurrunt fragm. (Band. cat. codd. gr. I. pag. 161.) et in cod. VI. nr. 8. plut. 86. in collectione testimoniorum de praefcientia dei locus Irenaei èn Tö d'ènérgus, nei divarçonns The Veudarius yradreas. — Inter codd. Barocc. Oxonii est in cod. XXVI. Irenaei fragm. aduers. haerefes. — in cod. bibl. Norfolc. Londin. nr. MMDCCCCLXXXV. (cstal. codd. Angl. et Hibern. II. pag. 76.) Iren. opp. latine. — Dublini in bibl. collegii S. Trinitat. nr. 793. (catal. cit. II. 2. pagi 46.) Passio Irenaei. — Codicem Arundelianum, in bibl. regiae fociet. Londini adferuatum, contulit Grabius, eum quadringentorum annorum esse apostolorum continet, multa collegit ediditque fragmenta. — Progredior ad editioner, de quibus vide quoque Dupin in biblioth. noua ecclesiastic. pag. 112. Massure in prolegg. et notis post textum, sect. III. pag. 17. et Ittig. in felect. capp. hist. ecclef. pag. 21. sq. vbi de Irenaeo multus est. Hoe addere licet, secundum Massure in praef. pag. 5. Erasmianam editionem innumeris scatere mendis, lacunis, mutilisque ac depravatis periodis.

Ex

Digitized by GOOQ

IRENAEI EDITIONES.

Lib. V. s. I. 79

- **Ex** Erasmi ad tres codices MSS. recensione, Basil. 1526. 1528. 1534. 1548. 1554. 1560. fol. Patil. 1545. 1563. 1567. 8.ⁿⁿ)
- Cum'argumentis notisque Nicolai Gallassi, Geneuae 1570, fol. cum nonnullis graccis ex Epiphanio fragmentis.
- Ex editione Io. Iacobi Grynaei, qui libro primo loca Irenaei, ab Epiphanio feruata, repofuit, Aparum laudato studio) ex latina versione Iani Cornarii, vetere interpretatione omissa, nouaque argumenta addidit. Basil. 1571. fol. Varias lectiones, quas praesatio et titulus promittit, nullas adiectas esse video.
- [1] Cum commentariis Francisci Feuardentii Ord. Minor. Paris. 1575. fol. apud Niuellum, et secunda editione Colon. 1596. fol. cui praeter notas locupletiores Feuardentii, adceffere graeca fragmenta Irenaei ex Iustino, Basilio M., Epiphanio, Eusebio, Theodoreto, Anastasio Nicaeno, Melissa, Demetrio, Damasceno et Niceta, cum latina versione Ioach. Perionii, Iac. Billii, Ioh. Christophorfoni et aliorum: Scholia Iac. Billii et notae Frontonis Ducasi S.I. in XVIII. primi libri capita: Fragmenta aliorum Irenaei librorum cum Feuardentii notis, fragmenta Polycarpi et Victoris Capuani Catena in Euangelia, B. Irenaei encomia ex aliis patribus collecta, et conflictus Arnobii et Serapionis de DEO trino et vno, deque duabus in CHRISTO naturis in vno supposito, antea ineditus."). Recusa est alia a Petro Halloixio in c. 15. vitae Irenaei tom. 2. p. 480. ex Damas fceni maxime parallelis adiuncta funt ""). Feuardentius ope MS. codicis Vaticani plura errata fustulit, et libri quinti capita quinque postrema primus vulgauit. Recusa Feuardentii editio fed fine notis, in bibl. patrum Lugdunenfi 1677. tomo fecundo.
- Matthias Launoius, senator Antwerpiensis, emendatiorem Irenaei editionem pridem molitus suit, teste 10. Drusio centuria 1. Miscell. cap. 44. Nonnulla Irenaei loca e veteri codice emendauit Latinus Latinius bibl. sacro-profanae pag. 183. sq. Plura illustrauit Iacobus Billius in facris observationibus I. 33. sqq. et 11. 5. Paris 1585. ad calcem epistolarum Isidori Pelus. editis, laudatus etiam Feuardentio ad libri 2. Irenaei caput 1.
- Henrici Dodwelli, dochifimi viri, et licet paradoxis quandoque indulgeret, cum magna tamen antiquitatis, ecclefiasticae praesertim, iactura die V. Iunii anno 1711. denati, differtationes praeclarae in Irenaeum viderunt lucem Oxoniae a. 1689. 8. Illarum pri-

mn) In bibl. Leidenfi eft ed. Parif. collata cum mostis: v. catal. pag. 51. Harl.

oo) Denique acceffere in calce fragmenta noua Irenaei, ex bibl. Cardinalis Rupifucaldi depromta, gr. et lat. edita, ex loannis Damafeeni cod, aliaque a Sirmondo ex catenis patrum. Vitae Irenaei, in qua veras falfis mifeet Feuard. narratiomes, fubiceit antidola aduerfus probra et impias, 'vt ait, criminationes, quibus illuftriffimam Irenaei famam lacerare, auctoritatemque vel imminue-

re vel labefactare conantur nouiffimi huius temporis haeretici, (nempe Caluiniani et centuriatores magdeburgenfes;) fed male rem geffit, ad defendenda quaedam fuae difciplinae placita; ev vlli fobriae doctrinae addicto perfualit. Et tamen Maffuetus ille recoxit in fua editione. Parifinam autem edit. a. 1675. xberius recenfuit et de Irenaei foriptis egit Io. Fabricius in histor. bibl. Fabric. tom. I. pag. 69. fqq. Harl.

pp) Correctiona illa dedit Grabe in fua ed. ex illo et cod. Rupefucald, ope Mich. Lequien. Hafis

Digitized by Google

Vol. V. p. 67**7**68

S. IRENAEI EDITIONES Lib. V. c. I.

80

Vol. V. F. 68 7 70

ma et secunda fidem Irenaei et acqualium quoad remedia cognoscendi ordinaria. quod prøximi apostolicae aetati effent, et extraordinaria fiue dona prophetica et miraculofa pro virili adstruit. Tertia de actate Irenaei, quarta de operis aduersus haer refes confilio et succepti tempore, quinta de latino interprete, eius aetate, capitumque, quae non ab [1] Irenaeo est, partitione, et-fexta de aliis Irenaei scriptis deperditis difputat, fubiuncto adpendicis in vicem fragmento ex lib. 24. Philippi Sidetae de Catechistarum Alexandrinorum successione cum notis, et synopsi chronologica rerum, in his differtationibus expositarum.

Editio luculenta et nivida Io. Ernessi Grabe, Oxon. e theatro Sheldon. A. 1702. fol. qui. latinam versionem e quatuor MSS. codd. emendauit Graeca praeter ea, quae Fcuardentius, Halloixius et ex Catenis Combefifius tom. 1. Aucharii nouissimi bibl. patrum p. 208 fg. Cotelerius ad Barnabae epift. c. 15. p. 45. ex cod. regio, et Alexander Morus in notis ad nouum foedus ex codice Mediceo ediderant, plura etiam protulit et reflituit e MSS. tum fragmenta fcriptorum Irenael vberiora edidit, et fingulis paginis varias lectiones et notas felectas variorum, (Feuardentii praecipue) atque suas subiecit. Praemiflis post vitam Irenaei a Feuardentio scriptam nouis prolegomenis, in quibus a Dodwelli rationibus subinde dissentire Grabius non dubitat, licet in opere ipso eum confuluisse non diffiteatur. Post indices locupletissimos et glossarium latino graecum Iohannis Potteri studio concinnatum, subjectum est, mantissa loco, Io. Croii specimen coniecturarum in quaedam loca Origenis, Irenaei, Tertulliani et Epiphanii, editum pridem A. 1632. 8. et a Petanio ad calcem Synefii A. 1640- or pugnatum, quae Petauii diatriba etiam Epiphanio Petauii editionis Colonienfis fiue Lipfienfis fubiuncta légitur 99)

Denique ex meritilimo de ecclesiastica antiquitate Ordine Benedictinorum Congregat. S. Mauri, Renatus Maffuetus Irenaeum de integro ad priores editiones et tres codices MSS. romanum card. Ottoboni, binosque Gallicanos, quorum vnus Collegii Parif. S. I. laudatur etiam a Nourrio pag. 574. Adparatus ad bibl. Patrum, receníuit, nouis fragmentis graecis, obferuationibus ac notis auxit, copiofosque indices et glosfaria bina graecolat. et latino-graecum, indicesque locupletes subiunxit., Parif, apud 10. Baptiflam Coignardum 1710. fol. Commendant hanc editionem tum alia, tum collectio fragmentorum et reliquiarum, quaecunque de antiquis Gnofficis reperiri potuerunt, tum tres Massueti differtationes operi praemissae, quarum prima [P] de haeresibus,

ruff auctores actorum erudit. Lipfienf. 1. 1702. m. Iul. pag 308 fqq. In doctis prolegomm. § 5. tur, fe in fpicilegio patrum facculi I. p. 21. perinquirit Grabius, num graecus exstet Irenaei codex, et monet, ista, quae in Claromontanis Pa- rum seu secundum Hebracos, et Ebionitarum, rallelorum Damasceni membranis leguntur, Ire- seu secundum Matthaeum pro vno eodemque hanaei dicta, viz este a Damasceno ipso inserta, buisse; immo non sam Irenaeum, quam Euseguum ea neque in latina parallelorum illorum ver- bium, Hieronymum et alios effe huius erroris Gone; a Billio edita, neque in cod. mito Vatica- coarguendos. Harl.

aq) Pleniorem huius editionis notitiam dede- no graeco reperiantur, breuibus quibusdam fententiis exceptis. Idem pag. 220. nr. 4. confite. peram tradidiffe, Irenaeum euangelium Nazaraeo-

Digitized by

quas

EDITIONES.

quas oppygnat Irenaeus, altera de illius aetate, vita, fcriptis et martyrio aduerfus Dod. wellum, qui martyrem fuille praeter rem negat: tertia denique de Irenaei doctrina fuse et erudite disputat, de qua videri quoque poterit B. Ittigîus in hist, ecclef, faeculi fecundi felectis capitibus, et Nourrius adparat. ad bibl. patrum fec. II. differt, 6. Fabr. Longam huius edit, ceufuram leges in actis erudit. Lipf. a. 1712, m. April, pag. 173-183. et pag. 277-280. in qua praecipue Massuer dill. Irenaeo praefixae perlustrantur, et nonnulla praecipue de Nicolaitis et Simone, mago, expenduntur curatius. Quoniam Grabius in sua edit. oftenderat contra adfectas disciplinae romanae, Irenaeum ritibus placitisque ecclesiae romanae frequenter aduersari : aegre id tulit Massuetus, et quaque data occasione Grabianas notas examinare, fuarum partium et disciplinae caussant tueri, cum primis in differtatione, per XI. sectiones fiue articulos Irenaei do-Arinam ita proponere er explicare conatus est, ve parum discedere videretur ab edictis placitisque episcopi romani huiusque ministrorum singularibus. Irenaeum igitur patronum fistere suduit opinionis et dogmatum de suprema pontificis romani iurisdi-Atione in omnes coetus facros, de diuinorum oraculorum obscuritate, de apocryphorum librorum traditionumque auctoritate, de Missae facrificio, et, vti dici folet, transfubstantiatione etc. In artic. IV. etiam contra Salmafium pugnat, quod is in libro de primatu pap. cap. 3. pag. 65. Lugd. B. 1645. de loco Irenaei quodam contra auctoritatem episcopi rom. disputat. Grabe quidem, cognitis Massure criminationibus, cauffam fuam et ipfius Irenzei haud deseruit, et non solum nouam voluit editionem parare, sed etiam vindicias scribere adgressus est. Enimuero morte abreptus, nec illas perfecit, nec nouain curauit editionem. Sed, teste Hickefio, in narratione de Grabio eiusque insstis p. V. et VI. adfectatum manuque fua feriptum reliquit opus; Irenaeus reuised and corrected with collections and references for a new edition, in which he defigned to animadvert upon the learned Editor of the new Parif. edition of that Father MDCCX. in his own defence. Quare cauffain bonae rei et Irenaei fuscepit D. Salom. Deyling in libro, inferipto: Irenaeus euangelicae veritatis confessor ac tefis a Renati Massueti pravis explicationibus vindicatus. Editio altera, auctior et emendatior. Lipliae 1721. 4. In quo docto libro Deylingius praecipus, quae controuería funt, et multa antiquitatis ecclesiafticae capita persequitur, multa loca Irenaei explicat examinatque, nec eius errores reticet; praeter ea Dodwelli aliorumque commentum de animo naturaliter mortali indicat docetque male requiri prauae illius, opinionis praesidium in Irenaeo. Item Grabio, Masseio, Whistonio aliisque, aliter sentien? tibus et auctoritate Irenaei abusis, caussam scribit. Semler quoque l. c. Massuer refutat. Editio Mafust. recula est Venetiis 1734. additis fragmentis Irenaei anecdotis, a Pfaffio editis. -

Nouse autem litis auctor et dux exstitit Chr. Matth. Pfaffius, qui, noua Irenaei fragments reperisse fibi visus ""), fragmenta anecdota ex bibliotheca Taurienfi eruit, latine vertit et euulgauit, primum in diario italico, (Giornale de' Letterati d'Italia,) tom. XVI. p. 226. eaque

rr) N. ex codd. illius biblioth. qui catenas f. comment, in patres ecclef. continent, ea fragm. quae Irenaei nomen praeferant.

Vol. VII.

. I

eaque adiunxit Fabricius suas editioni Hippolyti, vol. II. pag. 64. fine notis et Guil. Whiston libro suo: Clement's and St. Irenaeus's vindication of the apostolical constitutions. At Scipio Masseius iam in codem diario, tom. XVI. pag. 229. et illorum fragm. augertian in dubium vocare argumentis haud leuibus vsus, et ea, quae Pfaffius in notis suis fidei romanae contraria adtulerat, refellere sussimi. Quo facto Pfaffius edidit separatim:

Irenaei fragmenta anecdota, quae ex bibl. Taurinenfi eruit, latina versione notisque donauit, duabus differtatt. de oblatione et confectatione eucharisfiae illussiani, denique Liturgia graeca Io. Ern. Grabii et dist. de praeiudiciis theologicis auxit C. M. Pfaff Hagae Com. 1715. 8. atque in praef. acque ac in notis fingula Maffei argumenta modeste perfeguutus tam auecdotorum fidem, quam suarun animaduersionum veritatem vberius eruditeque explanauit et defendit: Massueti quoque errores saepe correxit in notis. Enimuero Maffeius in eodem diario erudit. tom. XXVI. p. 51. fcripfit vindicias, et ca, quae fibi dubia videbantur, copiofius expoluit. Quare Pfaffius irerum causfam fuam tueri studuit in differtat. apologetica de fragmentis Irenaei anecdotis deque oblatione et confectatione veterum eucharistica. Tubingae 1717. 4. - rec. in illius primitiis Tubingenfibus, Tubingae. 1718. 4. — Postea Franciscus Maria Leoni, profesfor metaphyfices Patauinus, in tribus litteris hanc controuerfiam haud placide tentavit componere; sed a Masseio conductus, (vid. Pfaff. in act. erud. 1752. pag. 446.) quae epiftolae nouae Irenaei edit. Venetae cum anecdotis illis Pfaffii que notis et Maffeii epistolis sunt additae. Pfaffius autem antea syntagmati differtatt. theologicarum, (Tubingae 1720. 8.) rurfus adiecerat Liturgiam Grabianam et fragmenta Irenaei anecdota cum adiunctis in editione belgica adnotati, pag. 573. sqq. — Denique Hagana editio typis renouata et inferipta est:

S. Patris Irenaei scripta anecdota, gr. et lat. notisque ac differtaté. illustrata. Denique liturgia graeca Io. Ern. Grabe. Aucha labore et fludio C. M. Pfoffii. Lugduni Bat. etc. -1743. II. tom. 8. In praefat. ad Liturgiam graecam, a Grabio ad normam veterum liturgiarum compositae, (pag. 498. seq. tom. II.) de Grabio quaedam notantur, praecipue falfum fuisse rumorem, eum sub vitae exitum ad disciplinam rom. descivisse. (conf. lourn. liter. de May et Iuin, Hagae Com. 1713. 8. tom. VI. 'pag. 139. et Stolle in hist. suae bibl. vol. I. p. 580. sqq.) - At enim auchores catal. msst. gr. Taurin. tom. I. Ant. Rivautella et Franc. Berta in praef. ad illum cat. pag. VII. litem mouerunt Pfaffio, num in codice vllo Taur. fragmenta illa repererit, aut ex quonam depromserit codice; le quidem, adfirmant, omnes Taur. codd. in quibus haberentur patrum catenae, omni adhibita diligentia perlegiffe; Ied ne vnum quidem inueniffe verbum, aut aliquid, quod proxime accederet: nec benigne fentire videntur. Graue crimen! Sed depellere studuit culpam fraudis aut nescio cuius malefacti in epistola ad Kappium, in nouis actis erudit. Lipl. a. 1752. m. Aug. p. 143. fqq. et suspicatur, sorsan post suum abitum aliquem improbam codicibus pluribus manum iniecisse. Neque tamen Pfaffius omnes V. D. in luam adducere potuit fententiam, fragmenta illa effe genuina. Sic Deylingio l. c. pag. 6. Langio l.-ć. pag. 287. et aliis haud videntur illa Irenaco tribuenda. Semler vero l. m. pag. 130. sq. not. 127. suspicatur, illa desumta esse

Digitized by Google

EDITIONES.

Ancle

Digitized by GOOGLE

ex collectionibus plurium excerptorum, ex scriptoribus eccl. factorum, nullo ordine feruato: hinc etiam illa fragin., verbis interdum mutatis aut locis contractis, ex notis V. libris Irenaei fuisse descripta, et fragmentum II. l'faffianum omnino sumtum esse ex edito lib. IV. cap. 17. Pariter fragmentum, quod Massueus ex catena quadam in Lucam tamquam inedium publicarat, diserte legi in edit. lib. III. cap. 19. pag. 211. idem Seml. bene monet.

- Forlan idem valet, aut eadem cautio adhibenda. est, de XI. fragm. Irenaei; (quorum quidem quartum iam ensstat in edit. Massureti,) quae in lucem protulit cl. Münter in fragm. patrum gr. vol. I. nr. 2. Nouam Irenaei editionem, auctiorem pluribus nouis fragmentis, e codd. depromtis et notis ineditis Th. Ainsleri, Ed. Bernardi, Fr. Iunii et Dan. Heinsli ornatam etc. promiserat Magnus Crusius in dissert. quadam epistolica, Lipsiae 1728. 4. (v. act. erud. Lips. a. 1729. pag. 59.) sed consilium huius et plurium ibi promissorum librorum edendorum fuccessu.
- Irmasi aduerf. haerefes libri V. eiusdem de pace inter fideles indicium ex Eusebii ecclef. hist. I. 5. e. 24. latine: inter Franc. Rous Mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 75-123.
- Nonnulla Irenaei loca anglice vertit Guil. Whiston et inferuit suo libro: Primitiv Eucharist reviv'd, London 1735. 8. pag. 24. sqq. et 49-52.
- Io. Croii, specimen coniecturarum in quaedam Irenaei loca subiectum est mantissa loco editioni Irenaei Oxon. 1702. et obs. quaedam in Irenaeum, ex actis erud. Lips. desumta, sunt recepta in: Memoirs of Litterature, Lond. 1712, 4. vol. II. p. 267 269.
- St. Clement's and St. Irenaeus's Vindication of the Apoltolical Conflictions from feueral Objections made against them. etc. — by William Whiston. London 1715. 8. — ed. II. ibid. 1716. 8. (v. Brüggemann. View etc. pag. 369.) — Nath. Lardner in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. I. London 1748. 8. pag. 343-403. et

Io. Iortin in: Remarks on ecclesiaftical Hiftory, Lond. 1752. 8. vol. II. pag. 206-224. et pag. 375. fqq. egerunt de Irenaeo.

Contra Grabium scripsit In. Franc. Buddeus in disp. qua probaret, Clementem Rom. atque Irenaeum Missa pontificiae non fauere, Ienae 1705. 4. Harl.

XVIII. Index Scriptorum, Virorum illustrium et Haereticorum,

qui memorantur a S. Irenaeo.

Ocios meeoBurns ney nheut annous, cuius Iambos in Marcum, haereticum, adfere Irenaeus I. 14. Confer Scal. ad Euleb. n. 2156.

Anonymus, presbyter, apostolorum discipulus, à xceir ray huar, cuius dista allegat praef. et alibi. Confer Dodwell, diss. I. ad Irenaeum §. 6. et dissert. IV. 3. Mentio etiam apud Eussehum V. 8. et 20. Hist. Pothinum decessorem Irenaei episcopum ab eo intelligi, Dodwellus coniicit.

L 2

Presbyteri, qui Iohannem, discipulum Domini, viderunt. Irenaeus V. 33. Aesopi fabula de cane, vmbram captante. II. 12. Alexander, episcopus rom. III. 3.

Vol. V. p. 70 771

Digitized by GOOGLE

Anacletus, rom. episcopus. III. 2. Anaxagoras, irreligiosus II. 19. Atheus cognominatus. id., Anaxilai ludicra I. 8. Confer Reinefii var. lection. pag. 581. et Marfilii Cagnati III. 10. var. obseru. Anaximander II. 19. Anicètus, episcopus rom. III. 3. Antiphanes, in Theogonia. II. 19. Apocryphorum et perperum scripturarum, quas haeretici finxerunt, inenarrabilis multitudo. 11 17. Aquilae, pontici, iudael proselyti, interpretatio S. Scripturae. III, 24. Aristoteles II. 19: J. 24. Barbelonitae Gnostici. I. 33. Basilides, haereticus, I. 23. 32. etc. Blandina martyr. Irenaeus apud Oecumen. ad 1 Petr. 3. ad Blastum epistola Irenaei ab Eusebio V. 28. hist. Cadmus XVI. literas Graecis adtulit, I. 12. [P] Caiani I. 35. eorum conscriptiones ibid. Carpocrates I. 24. 32. Cerdo 1: 28. Cerinthus J. 25. HI. 3. Clemens, romanus, eiusque ad Corinthios epistola II. 3. Comicus II. 19. Colorbasus I. 10. Poëtae et conscriptores II. 19. Continentes (Encratitae) I. 30. Cynici II. 19. ad Demetrium, Viennae diaconum, scripst Irenaeus Xoyas megi miseus teste S. Maximo toin. 2. pag. 152. Democritus II. 19. Ebionitae I. 26. Eleutherius, episcopus rom. sub 'quo scripsit Irenacus III. 3. Empedocles VI. 19. Epicurus II. 9. III. 40. Epiphanes, haereticus I. 5. Alius vero quidam, qui et clarus eft magifter ipsorum. In Graeço fuit Epiphanis nomen. Esdras sub Artaxerxe, Persarum rege, libros sacros restituit. III. 25. Evaristus, episcopus rom. III, 3. Florinus, haereticus, contra quem Irenaeus apud Euseb. V. 20. Gnofficorum genera I. 33. Heracleon, haereticus II. 5. Hermas, (lub scripturae nomine) IV. 37. Hesiodus II. 19, et 37. Homerus II, 19. I. 1. §. 20. I. 6. II. 5. (Homerocentones I. 1. §. 20.) II. 40, IV. 58. Hyginus,

Vol. V. p. 71 778'

Hyginus epiloopus rom. HI. 2. Ignatius' (nomine eins tacito) V. 28. Indifferentias inducentes. J. 28. Indae evangelium a Caianis confictum. I. 35. losephus citatur ab Irenaeo in fragm. quod e MS. Vindob. dat Grabius pag. 472. Iustinus (martyr) V, 26. er To nees Maexiwra IV. 14. Eins auditor Tatianus I. 31. Linus episcopus rom. III. 3... Ad Marcianum fratem Irenaeus scripserat λόγον αι επίδειξιν το 'Αποτολικο κηρύγματος Eu/1b. V. 26. hift. [P] Marcion. I. 20. etc. Marcus, magicae imposturae peritiss. I. 8. fqq. Menander, comicus II. 27. Menander, haereticus I. 21. Nicolaitae. I. 27. Ophitae, I. 35. Poëtae et conscriptores, II. 19. Palamedes literarum post Cadmum inventor. I. 12. Papias, Iohannis auditor. Polycarpi contibernalis (Eraigos) ev to retaery two aute Br βλίων. V. 33. Polycarpus ab Irenaeo vifus III. 3. eius eriftoia ad Philippenfes, ibid. Vide et quae ex Irenaeo Euseb. V. 20. hill. Pindarus, lyricus 11. 37. Plato II. 19. 1. 24. II. 59. III. 45. 46. Ptolemaeus Valentinianus I. 6. II. 5. Jour locus citatur J. r. S. 18. Pythagoras I. 24. II. 19. eius quatermo. Id. Pythagorici. id. Saturninus I. 22. Septuaginta interpretes sub Ptolemaeo Lagi, Alexandrae III. 25. Sethiani tacito nomine perstringuntur I. 34. Simon Samarita, magus !. 20. Sixtus, episcopus rom. III. 3. Sophoclis Oedipus V. 13. Stefichori palinodia maledici carminis in Helenam. I. 20. Stoici IL 19. Symbolum I. 2. vetus traditio apostolorum di gener custodienda III. 4, Tragicum is is, Qeu Qeu. I. 5. Tatianus, Iufuni auditor, post eius martyrium auctor sectae. I. 31. Thales, Milefius. II. 19. Theodotionis, Ephefii, iudaei profelyti, interpretatio S. Scripturae. Valentinianorum unouvojuara, praef.

De S. Irenaeo fusius disserunt practer iam laudatos Massuerum, Dodwellums Grabium, Feuardentium, Halloixius tom, 2. de feriptor. Orientalium Vicis, Tillemontius to-

Digitized by GOOG

mo 3.

86 Lib. V. c. I. S. IRENAEI SCRIPTA DEPERDITA.

Vol. V. p. 72774

mo 3. memor. hift, ecclefiafticae, Guil. Caucus in vitis patrum, ex anglico belgice ac germanice editis et in hift. literaria, acta fauctor, ad 28. Iunii T. V. pag. 535. fq. Theodorirus Ruinardus [1] in actis selectis martyrum pag. 59. seq. Theophilus Raynaudus indiculo fanctorum Lugdunenfium Lugd. 1629. 8. p. 285. fq. et tom. VIII. Opp. pag. 63. feq. Iacobus Seuertius in Antistitum Lugdunensium chronologia Lugd. 1608. 4. fub init. aliique.

Scripta Irenaei deperdita.

- Epistola ad Blastum meet or journes. Euseb. V. 20. Hist. Blastur enim Pascha non aliter nifi. decima quarta Nilan Menfis custodiendum esse contendens, latenter volebat Iudaismum introducere, vt scribit auctor adpendicis ad Tertull. de praescript. c. 53. (conf. Pfaff. ad fragm. anecd. pag. 148. ed, Lugd. B.
- Epistola ad Florinum περί μοναρχίας ή περί τε μή είναι τον Θεόν ποιητήν κακών, ex qua fragmentum idem Eusebius conferuauit V. 20. histor. Meminit et Theodorius I. de haeret. fab.
- Ad eundem Florinum in Valentini haerefin iam prolapfum, meel dydocodos five octonario Aconum numero liber, cui follennem adiurationem ad transferiptores "), ne quid adderent demerentue vel mutarent, fubiunxit, quae codem loco apud Eusebium et in Hieronymi catalogo S. E. c.' 35. legitur.
- Heei enignuns hoyos neos EAAnvas. Euleb. V. 26. ourrouwraror, h. e. neruolum quod paucis multa docet, et necessarium, adpellat. Hieronymus in catalogo c. 35. eunque fecuti Honorius et alii male hoc in duo discerpunt: contra gentes volumen breue, et de disciplina aliud.

Aoyos es eniorie v ve 'Anosonie neuvyaros, ad Marcianum, fratrem. id.

- BiBhlov Siahizew Siapóews. id. Varios tractatus vocat Hieron. [v. Pfaff. ad fragm. anecdota pag. 5. et pag. 153.
- Noyos fiue epistola nomine fratrum, quibus praeerat in Gallia, scripta ad Victorim, episcopum rom. de paschate. Iustin. qu. 115. ad Orthodox. et Euseb. V. 24. hist. vbi ex Ila fragmentum, et apud S. Maximum tom. 2. pag. 554. Epistolas") memorat Hieronymus, fed fimiliter de vna tantum intelligendus.
- [P] Forte etiam Irenaeus, tunc adhuc presbyter, fuit auctor Epistolae, fub Viennensfum st Lugduninfium nomine feriptae ad frates, per Afiam et Phrygiam conflictos, cuius partem feruauit Eufeb, V. 1. 2. 3, hift, et ex Rufini versione cum notis suis recudi fecit Godfr.

ss) De hoc more, adiurationes addendi libris, scripfi olim libro III. Observate. factarum cap. I. ad locum Apocalypicos XXII. 18.

numero de vuies opistola dixere veteres, et Se- 'fq: vol. IV.]

ncea epist. 33. Defideras his quoque epistolis ficut priorikus.ad/cribi aliquas voces noftrorum procerum. Alia exempla adtuli in codice Apocrypho Noui Teft. p. 915. et lib. IV. bibl. graecae c. 7. tt) Vei litteras, its epistolas quoque plurali voi de epistola S. Fauli ad Philippenfes. [p. 803.

Digitized by GOOGIC

Hensche-

Henschenius in Actis sanctor. tom. 1. Iunii pag. 162. seq. Certe sub Irenaei nomine laudatur ab Oecumenio ad 1. Petr. 3.

Ex Adyois Irenaei 7560 7/5605 ad Demetrium, Viennae diaconum, fragmenta apud S. Maximum. Vide Irenaeum Grabii pag. 467.

Singulare orxédaoµa fiue conferiptionem aduersus Marcionis "") hacresin promittit Irenaeus I. 29. et III. 12. quod et Eusebius V. 8. adnotauit, librum illum fibi non visum ita fatis innuens. In codice Guelserbytano catalogi Hieronymiani pro verbis ad Mareianum, fratrem, Ernestus Salomon Cyptianus testatur legi ad Marcionis fraudem. Sed 2 merito rejicit illam lectionem.

Caii librum πεεί παντός Irenaeo quidam, alii Iuftino tribuerunt, tefte Photio cod. XXXXVIII.
[v. fupra ad Iuftin. et Semler 1. c. pag. 132. not.] Idem cod. CXXI. notat, Hippolytum όμιλίας Irenaei aduerfus haerefes mififfe in compendium, de quo vt de ceteris, quae iam memoraui, deperditis Irenaei feriptis, vide accurate differentem Doduellum diff. VI. Iuftinum, quoque et Irenaeum Apocalypfim S. Iohannis interpretatum, feriplit. Hieron. in catalogo cap. 9. Sed, vt multa, feripfit aliud agens. Nam Eufebius tantum de Iuftino IV. 18. μέμνηται Ιωάννε Αποκαλύψεως σαφώς τε Αποσόλε έναι λέγων. Similiter de Irenaeum, Sconfer, fi placer, quae notaui fupra lib. IV. c. 5.
§. Sic idem Hieronymus prooem. libr. 28. in Efaiam ait, Dionyfium Alex. ferififfe libruín aduerfus Irenaeum, quo mille annorum fabulam irriferit. At Nepoti, non Irenaeo, oppoluerat librum illum Dionyfius, vt in catalogo Hieronymus ipfe ex Eufebio recte feribit.

[Fabricius olim ad illustrandam Irenaei adiurationem, libro fuo praemissam, (v. notam ss antecedentem) ex libro III. fuarum obst. longam de eiusinodi obtestationibus dirisque veterum quorumdam scriptorum inferuerat observationem. Quae quamuis docta sit, nec observationum illarum libri lucem adspexerint, (v. Reimarum in vita nostri Fabricii pag. 207. seq.) tamen illam hic, vt chartae parcerem, omittendam censui. Atque de illis diris alii quoque multa coegerunt, e. g. Lilienthal in select. histor. et litter. observ, I. Gotslob Henr. Pipping. in disp. imprecationes libris adscriptas — recensebit, d. 17 Maii. 1721. 4. Latius vero persequutus est et ex omni historia exposuit atque illustrauit id argumentum anonymus quidam in libro, inscripto: Historische und moralische Abhandlung von dem getehrten Büchersluche, wie auch von ein gen andern iuristischen, politischen, Kunst. Geheimnisson Euser Vorrede des H. Canzlers von Mosheim. Halae Sax. 1751. 8. Herl.

[P] XIX. TATIANVS, Syrus "), philosophia artibusque ac disciplinis "") Graeco-

rum

uu) Semler l. c. pag. 133. sufpicatur, intelligi Marcianum, qui Rhossi in Cilicia errores Docetarum propagauit. Harl.

Vol. V. p. 74P81

ev) Iple de le Tationus pag. 174. permoras le eji ran 'Assugier vi. Hine Digas to piros Epiphanio dicitur. Saepe enim inter se confunduntur Syria et Aslyria. Confer Allat. peg. 7. ad Eustath. in Hexaem Damascenus de haeres. c. 46. ikiyere di and Meseneraulus Sputicitad. Vnde in Mesopetamia, prou acia Syriae, natum colligit Ten-

Digitized by GOOGLE

rum diligenter excultus, ac multis peragratis regionibus #") delatus Romam, obscoena ibi et crudeli superstitione offensus ""), Christianis se jungere coepit, innotuitque lustino; martyri, a cuius ore pependit **), ac vicisin alios et in his Rhodonem ") Romae docuit; ceterum commune cum Iuslino Crescentis, Cynici »), odium expertus est. Iuslino fiune per Crefcentem delato et ad fupplicium rapto, Tatianus euasit Syriamque repetiit, et circa A. C. 172. et duodecimum M. Aurelii Antonini () haerelin () coepit prodere, qua nomen soum miçum in modum apud ecclesiam CHRISTI infamauit. Ex scriptis eius nihil ad nos pervenit praeter Noyov neos "Ennuvas") scriptum circa A. C. 168. atque Clementi Alex. I. Strom. pag. 320. Origeni I. contra Cellum pag. 14. Eusebio IV. 16. et 29. Hillor. et Hieronymo c. 29. de S. E. laudatum, quo probat, Graecos illis, quos vocant ipsi, Barbaris, hoc est, Orientalibus 1), omnia praeclara debere, ori soev Two enirnoeuparov or Ennves randaπίζονται

Tentzelius pag. 218. diff. felect. Sed habuit illud Damascenus ab Epiphanio, qui XLVI. 1. tantummodo testatur, Tatianum haeresin proditurum. in Mesopotamia primum anno Antonini duodecimo ปีเมินงหลวลังง กรุงรที่งง.

ww) Ita accipiendum apud Eulebium IV. 16. vocabulum ooçisevous. Vt Tatianus de feipfo 170. ootisevous ra unirepa, quod pag. 174. dicit o xaτα βαρβάρες Φιλοσοφών, παιδειθείς δε πρώτον τά Suirepa, et p. 170. 775 xa9' Suns BagBugs GisoroQias מידוה הטאסע איץ. alibi pag. 162. ל צמד' צהוצפטי סטוניsevur. Nihil ibi de eloquentiae magistro, quem egifie Tatianum persualere fibi viri doctiflimi, etiam e veteribus Hieronymus ac Rufinus, ac forte Theodoretus. Nam sophistam quidem Tatianum vocat, sed boc nomine Tatianus solet ipse adpellare philosophos, vt p. 173. rohad yap Har av-The softisal, ct p. 170. Ti de naj aronov nuta tov at-vbi per sophistam illum non se, ve visum Tentzelio pag. 219. fed Solonem vel Socratem intelligit.

xx) Tat. or. contra Grace. pag. 123.

yy) Tatianus orat. contra Graecos pag. 170. Confer abbatis de Longerue diss. de Tatiano.

zz), Irenaeus I. 30. Epiphan. 46. 1. [Tertullian. de praescription. haeretic. c. 52. Sed Iustinum superauit acumine et eruditione.]

a) Euseb. V. 13.

b) Tatian. orat. contra Graecos pag. 157. 158. vbi ad Iustinum Saunaomirarer adpellat.

c) Antonini Pii, scribit Epiphanius XLVI. 1.

nisse, pluribus testimouiis probat Pagius ad A. C. 162. nr. 3. Fabr. Tatianum sub Antonino Pio a. CL. haerefin effe professum; sed multis deinde mnis maynos fecifie progressus; propriam tamen scholam, et suo nomine haeresin paullo lante obitum condidisse et a communione eccles. discessifie (circa a. 172.) late probatum iuit Dodwell in diff. III. et IV. ad Iron. pag. 256 et 359. sqq. Harl.

d) Hieronymus de viris illustr. cap. 29. "postea, inquit, inflatus eloquentize tumore, nouam condidit haerefin, quae eynouriror dicitur. Num vero omnia crimina' Tatiano a veteribus iure an iniuria sint adficta, nec definiți potest, nec explorari, quum nullum eius scriptum, ex quo posfit certius cognosci, hodie supersit. Harl.

e) Rufinus et Hieron. aduer fus gentes : fed videtur redius transferri aduer/us Graecos, quibus Barbaros opponit.

f) Tatianus sub voc. Barbarorum intellexisse orientales et philosophiam orientalem atque acgy. ptiacam atque systematis, quod vocatur, emanatiui decreta dogmatibus adtemperaffe christianis, nec non Cabbalistarum, Gnosticorum et Platonicorum recentiorum somnia admiscuisse, immo vero iam co tempore, quum haberetur orthodos xus, parum afuisse a fanaticismo orientali, Bruckerus in histor. critica philosophiae, tom. III. (vbi a pag. 378-396. doctrinam et errores Tatiani lace explicat, fummopere contendit atque demonstrare adnisus est. E contrario Sam. Gottl. Lange in historia dogmatum, tom, I. vbi pariter pag. 223-260. Tatiani placita, meliore ordine adhibito, exponit, primum pag 227. lqq. ex iplo Tatiano . 1. et 45-48. ed. Worth. oftendit, fub fed Aurehum Antoninum quoque Pii, nomine ve- voc. BagBugur non vnice intelligendos effe philo. lophos

Digitized by

Vol. V. r. 11 81

TATIANI CODICES

. Lib. V. c. I. 89.

πίζονται έλληνικόν, αλλα έκ Βαςβάζων την εύζεσιν έσχηκός. Quoniam in hoc scripto nonnulla tangit, ad temporum rationes facientia, hinc Chronographus dicitur Tatianus a Iohanne Malala et auctore Chronici Alex. [P] et Chronicon scriptille a Rufino traditur, sine χρονογραφίαν ex loco Eusseii VI. 13. hist. Testimoniis veterum de Tatiano, perquam diligenter collectis et editioni Oxoniensi praemissis a Wortho, addendum est hoc Euslathii Antiocheni, in limine Commentarii, in Hexaëtheron: Κλήμης μέν δν' και Άφρικανός και πρός τότοις Τατιανός, των δε έκ περιτομής Ιωσηπος και Έρος κατά Ιναχον ακμάσαι τον 9εσπέσιον Μωυσέα ίτος ποσην, ίδως έκατος έκατος έκατας ίποσχων την απόδαξινι

Tatiani Codd. mssti et Editiones.

[Codices quosdam iam indicauit Fabricius, quare aliorum quoque adferam notitiam. In bibl. Parif. publ. cod. CLXXXI. nr. 11. cui, vt ait confector catal. codd. Parif. II. pag. 28. accedunt fcholia paullo vberiora, nec indigna omnino, quae lucem publicam adfpiciant. Variae autem codicis illius orationis lectiones in edit. Oxon. 1700. repraefentatae funt. — tum in cod. MMCCCLXXVI. nr. 4.

In Itolia, in bibl. Mutinenfi cod. membr. faeculi X. Tatiani orat. cum Athenagora etc. (v. Montfaucon diar. ital. pag 31.) — Bononiae in bibl. coenobii canonic. regular. cod. Tatiani, fcriptus a Valeriano Albino, canonico, a 1533. teste eod. pag. 408. — Ve. netiis in bibl. D. Marci cod. CCCXXXXIII. (cat. codd. gr. pag. 157.)

In Anglia in bibl. Bodleinna inter codd. Fr. Iunii, nr. MMMMMCXXV. Tatiani harmonia evangeliorum, cum praef. Victoris epifc. Capuae, francice, cum adnotatt. in quibus comparantur — cum francicis textus gothicus et anglo-Sax. (cat. codd. Angl. et Hibern. I. pag. 249.) — ibid. nr. MMMMMCLIV. Iunii auctarium notarum in Tatianum. (cat.

sophos orientales, sed cos, qui exteri, nec graeci fuissent philosophi, et Tatianum reprobasse omnem disciplinam a vero dei cultu alienorum facram, fiue fuerit philosophorum fiue multitudinis, siue Graecorum siue barbarorum. Item ras BagBagas ypaQas, quaruin mentionem facit Tatianus, interpretatur libros V. T. forfan nonnullos quoque N. T. ex quibus BaeBagor ooGiar, quam voçat The hustlear Gilosoqiar repudiatis religionibus, se didicisse prositeatur. Tum p. 234. sqq. contra Bruckerum Cottamque, qui illum sequitur in: Versuch einer Kirchenhift. des N. Teft. part. H. pag. 802. feqq. docet, Tatianum, cuius philosophia quamuis mixtura fuerit philosophematum graecorum atque orientalium, neque addi-Sum philosophiae orientali, quae si opponitur graecze, neque adeo systemati emanationis, co ambitu coque modo, quo id philosophia orientalis admittere atque tradere folebat, amplexum Vol. VII.

fuisse; Bruckerum vero, loce in Tatiani oratione, quae illi systemati a parte aduersentur, male in-Tatianum denique nec philosophia terpretari. valuisse nec eloquentia, ex ipsa eius oratione, doele quidem, nec tamen apte, multo minus subtiliter scripta, non, recitata, idem Lange p. 224. post alios colligit. Atque antea Semler in historia dogmatum, praemiffa Bäumgartenii theol. polem. tom. II. pag, 74. fqq. et opiniuncularum Tatiani, a Gnosticorum somniis haud liberi, falsitatem et errorum multitudinem operofe luculenterque demonstrauit, docuitque, quam inanem in explicandis vindicandisque quibusdam orationis Tat. locis posuerint Ballus in defens, fidei nicenae III. c. 6. Ceillier in hift generale des auteurs facres. t. III. p. 127. alique. Oratio tamen ipfa vtilis. eft ad historiam philosophiae et superstitionis antiquae. 'Harl.

JOOQle

M-

TATIANI EDITIONES

Vol. V. p. 82793

(cat. pag. 251.) — ib. MMMMMCCXXVI. Junii in Tatianum et glossaria. (cat. p. 254.) — In collegio Etomenfi, nr. MDCCCLXXXVI. cat. cit. II. pag. 48.) Tat. orat. ad Graecos. Harl.

Editiones,

Graste e Io. Frifii codice (quem ab Arnoldo Arlenio Peraxylo Venetiis acceperat cum alio codice collatum,) primum edidit Conradus Gesnerus Tiguri 1546. fol. apud Froschóverum cum Antonii Melissa et Maximi sententiis, ac Theophilo ad Autolycum. Ab huius editionis lectionibus sine caussa quandoque recessifis posteriores editiones, queritur Wilh. Worthus. Fabric. Istam Tatiani orat. non a Conr. Gesnero; sed a Io. Fristo, Tigurino, primum luce donatam esse, animaduertit Worth in praesat. Frissus enim acceptum codicem communicauit cum ciue suo, Conr. Gesnero, qui, perlecta oratione, aliquot insuper margini illeuit ex ingenio suo coniecturas atque emendationes. Harl.

- Latine, eodem Gesnero interprete, qui notas etiam addidit. ibid. eodem anno fol. Recula deinde Gesneri versio in bibliothecis Patrum, 1575. 1589. 1610. Colon. 1618. et in novissima Lugdunensi 1677. tom. II. et inter Franc. Rous Mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 66-74.]
- Graece et Latine cum Gesneri versione in Orthodoxographis Io. Heroldi A. 1555. Basil. fol. et in auctario bibliothecae Patrum cum Ducaei notis Paris. 1624. fok et cum Iuslino, martyre, Athenagora, Theophilo ad Autolycum et Hermia Paris. 1615. et 1636. et Colon. siue Wittebergae potius, 1686. fol. cui postremae editioni additae D. Christiani Kortholti notae, Kilonii antea A. 1675. fol. editae.

Denique separato volumine, nitidis typis, cum Gesneri versione, eiusdemque et Ducaei ac Kortholti integris, selectisque aliorum notis, suisque nouis animaduersionibus edidit Wilhelmus Worth, archidiaconus Wigorniensis, duorum codicum regiorum Paris, et tertii Etonensis lectionibus vsus. Oxon. 1700. e theatro Sheldoniano 8. fubiuncta ad calcem voluminis Hermiae irrifione gentilium, Worbi et Tho. Galei notis illustrata. Idem Worthus editioni suae libri Tatianei addidit praeter Frisi et Ges. neri praefationes, et pag. 155. coniecturas Pearsonii, etiam ea, quae de Tatiano eiusque doctrina Georgius Bullus in defensione fidei Nicaenae, tum Nourrius in Apparatu ad bibl. Patrum fec. 2. differt. V. nec pon Ludouicus du Four de [P] Longuerue, abbas septem fontium in Therascia, differtatione antea inedita de Tatiano differuerunt. Qui postremus in oratione ad Graecos iam nonnulla fatis diferta haereseos Tatiani vestigia sibi obseruasse videtur. Fabr. Diss. du Four de Longuerue exstat quoque in Vogtii biblioth. histor. haeresiolog. tom. 1. fascic. 2. pag. 201. seqq. Worth autem fuae editioni etiam inseruit Henr. Stephani notas, quas ille locis Tatiani quibusdam, in Eclogis, 1592. adposuit. — Tatiani orat. gr. et lat. cum notis Prudentii Marani et fragin. opp. deperditorum Tatiani, cum Iustino martyre p. 241. fq. et Marani prolegg. part. III. cap. 10. 11 et 12. — Denique in Gallandi bibl. P. P. I. pag. 626

Plura de Tatiano Ittigius diff. de haerefiarchis fect. 2. c. 12. et in felectis hiftor. ecclef. faeculi fecundi capitibus; Iohannes item Francifcus Buadeus diff. de haerefi Valentinianorum

Digitized by Google

TATIANO SVPPOSITA HARM. EV.

nianorum pag. 519. fq. [Oudin. de scriptor. eceles. I. col. 209. fegg. Hamberger in: zuverl. Nachr. II. p. 394. Iqq. Nath. Lardner in: Credibility of the Gospel Hiftory, part. II, vol. I. cap. XIII. pag. 303-312. Lond. 1748. et alii, quos supra ad Iustinum et Irenaeum etc. et in Introduct. II. 2. pag. 202. laudaui. Harl.] Haeresin Tatiani, Encratitarum auctoris, fectatorisque Valentinianorum ac Marcionitarum, oppugnatam olim a Musano, testatur Eusebius IV, 28. Eamdem refellunt ex antiquis, qui exfant, fcriptoribus, Irenaeus et Epiphanius. [Add. C. G. F. Walch. Gelch. der Ketzereyen I. pag. 425. fq.

ISupposita Tatiano Harmonia euangelica.

Harmonia euangelica, quam faeculo VI. fub Tatiani nomine venditauit *) Viltor Copusanus, quamque latine exhibent Orthodoxographorum vtraque editio et bibliothecae Patrum, Parif. 1644. tom. VII. col. 32. Lugd. tom. II. p. 2. 203. verfloque exprimit antiqua Theotifca: commentario autem illustrauit faeculo XII. post CHRISTVM natum Zacharias Chrysopolitanus), neutiquam est Tatiani euangelium dia regraeew, quod longe aliter a veteribus describitur. Negue ad Tatianum, veluti auctorem, referri potest Harmonia altera, quae illi folet coniungi, quaeque sub ') Ammonii Alex. nomine ex latina Ottomari Luscinii versione primum lucem vidit Augustae Vindel. 1523. deinde recusa Ersuri est 1544. 8. ex recognitione Cafp. Brufchii, [et in micropresbytico, Bafil. 1550. F.] atque fub Tatiani nomine exhibetur in tomo fecundo bibl. Patrum parte 2. pag. 204. Lugd. A. 1677. Versionem Theotiscam primus edidit cum notis Io. Philippus Palthenius, Professor do. Aiffimus Gryphiswaldenfis, praematuro fato exflinctus vlt. Maii 1710. Loca guaedam illius verfionis rectius interpretabitur Theodoricus von Stade, cuius Otfridum et grammaticam Theotifcam avide exspectamus. [Post primam Palthenianam edit. noua prodiit emen. datior, ad apographa duo mssta et curas Io. Schilteri postumas studiofe recensita, subiectis notulis; praemiffa praefatione gemina, in Io. Schilteri antiquitt. teutonic. tom. II. pag. 57. tamquam adpendix ad tomum priorem. Vlmae 1727. fol. Sed in Schilteri quoque thesauro ista harmoniae euangelicae versio theotisca exstat vitra dimidiam partem mutila: integra autem habetur in cod. Sangallenfi faec. IX. msto. (v. Mart. Gerberti iter alemanic. pag. 102. feq.) ex quo magnam lacunam expleuit, et supplementum (ein Ergänzungeflück zu der altdeutschen Uebersetzung von (Tatiani) Harmonie der Euangelisten.) in lucem publicam prodire iuffit Io. Iac. Hefs in: Biblioth. der heil. Geschichte, part. II. pag. 543. 570. v. Krohn. in catal. biblioth. fuae pag. 31. fq. Harl.] Vide etiam, fi placet, Ipecimen veteris Harmoniae euangelicae, francice scriptae, apud Hickefium tom. I. Thefauri linguar. feptentrional p. 189. fq. Fabr. Oudin. col. 210. primo harmoniam illam euan-

pag. 553. Iq. et quae pridem notaui in codice apocrypho Noui Teft. pag. 349. fq. 377. fqq.

h) Zachariae Chryfopol. Commentarius exstat tomo XIX. bibliothecae Patrum edit, Lugd.

i) Hund Ammonium Alex. Operis de consensu Moysis et Iesu, Harmoniaeque, vnde deinde ca-

g) Vide Nourrii Adparat. ad biblioth. Patrum nones fuos perficiendi anfam cepit Eufebius, Evan. gelicae auctorem, cum Ammonio Sacco, ethnico philosopho, Plotini per annos vndecim pracceptore male confundunt viri docti, vt notatum a me supra est lib. IV. c. 26, vbi de variis Ammoniis. Versio Theotisca Tatianum vocat Alexandrinum, quum Ammonius Alexandrinus fuerit, Tatianus Affyrius.

> JOOGle Digitized by

gelicam.

Vol. V. p. 8

gelicam, scribit, neque Ammonii esse neque Tatiani; sed elegantem ac latinam anonymi cuiusdam in euangelia paraphrafin. Tum refutat fententiam Baromii in annal. ad a. 174. nr. 1. 2. 3. et Causi', qui in hiftor. litterar. fcriptor. ecclef. pag. 47. illum fequitur, et putat, harmoniam euangel. Tatiani, seu Diateffaron, h. e. euangelium, ex quatuor euangeliis. compositum, esse vnum et idem cum euangelie secundum Hebraeos. Cauei opinioni etiam aduerfatur Du Pin in biblioth. ecclefiaft. faec. II. voc. Tatianus. - Harmonium, a Vi-Atore, Capuano, latine conversant, editam effe a Mich. Memberio sub titulo, quatuor euongeliorum consonantia, Moguntiae 1525, adnotat I. G. Walch. in bibl. patris. pag. 359. vbi et pag. 358. de vtraque agit harmonia, aliosque citat VV. DD. - Montfaucon in bibl. bibliothecar. msst. tom. II. pag. 1250. exflare, scribit, in bibl. Monasterii B. M. de Becco cod. XXXXV. vrum ex quatuor seu concordantia euangelistarum, et desuper expositio continua 'adita a Zacharia Chrysopolitano: (iterum occurrit in cod. CVII. fub nomine Zach. Chrysopolitani;) et in cod. XXXXVI. concordia altera quatuor euangelistarum: vbi refert Montfaucon longiorem notam a confectore catalogi fcriptam. Hic vero neque Bellarmino, adfirmanti, praefationem elle Victoris, Capuani, neque Trithemio, opinanti, Victorem auctorem esse huius concordiae genuinum, adsentitur; contra slatuit, fusiores faltem expositiones auctoris esse recentiores, qui Bedam, Rabanum et alios citat, tum "quod adtendendendum, ait, vt certius de eo proferatur iudicium, ad illa verba; beatus venter, qui te portauit, in praesenti expositione habetur: Quum fic se audiret laudari a guadam nuliere Norbertus, fundans et aedificans monasterium Praemonstratense, ait ei: maledicta tu et qui tibi fuggessit verba dominica, _et laudem eius in me miserum retorquere." Ex quibus concludit adnotator, auctorem Norberto, qui VIII. id. Iun. a. 1134. obiit, prorsus ioniorem esse centendum, et forte ex schola praemonstratensi, eumque sane in multis couenire cum concordia Zachariae, Chryfopolitani epifcopi, eiusdem ordinis, vt gnibusdam videtur, alumni, et maxime inhaerere iisdem euangeliorum textibus, quamuis fusiores habeat et forte nobiliores explanationes; denique illum videri scribendo Zachariae harmoniam oculis et manibus versasse. Harl.

[P] Scripta Tatiani deperdita.

Πολύ τι πληθος συγγεαμμάτων relictum fuisse a Tatiano, testatur Eusebius IV. 29. hist. infinita Volumina, Hieron. c. 29. de S. E.

- Euangelium Aià reoragew, amputatis genealogiis et aliis omnibus, quae Dominum ex femine David lecundum carnem natum offendunt. Theodorit. I. I. c. 20. haeret. fab. Confer codicem apocryphum Nov. Teft. p. 379. vbi refellitur error eorum, qui cum euangelio Hebraeorum confuderunt apud Epiphan. haerefi 46. [v. Oudin. l. c. Multa etiam de Tatiani euangelio viri doctiffimi Ittigius, Tentzelius etc.
- Epistolarum apostoli, Pauli, recensio metáphrastica, ornatioribus verbis nonnulla studens efferre. Euseb. IV. 29. hist. (Nonnullas Pauli epistolas plane repudiasse feribit Hisron. in epistolam ad Titum procemio.)

Ex Veteri Tessamento λόγοι selecti, quibus solis vtebantur Tatiani sectatores, iactatis contra sub Andreae, Iohanuis, et Thomae nomine scriptis apocryphis. Epiph. XLVII. 1.

Πeòs

200c

Digitized by

Ariflo-

Προς της αποφηναμένης τα περί Θεϋ. Aduersfus cos, qui rebus diuinis fidem detrahunt. Tatianus iple pag. 173. contra gentes. [pag. 136. Worth. vbi v. Gesner.]

Reel Zwwy de animalibus idem pag. 154. [pag. 57. Worth.]

Vol. V. p. 84 7 85

Περί τε κατά τον Σωτήρα καταρτισμέ, de perfectione fecundum CHRISTVM. Clemens Alex. III. Strom. pag. 406.

Πεοβλημάτων βιβλίον Quaestionum liber super obscuris S. Scripturae locis, quem examini subilicere instituit Rhodon. vide Euseb. V. 13. Hist.

Alii Tatiani.

Tatianus, dux, sub M. Antonio militans. Plutarch. in Antonii vita pag. 933.

- Tatianus, orator, m'Byxes cognomento dictus. Vide Caelium Rhodigin. III. 10. Antiq. Lection.
- Tatianus, ad quem Gregorius, Thaumaturgus, scripsit librum de anima, de quo infra in Gregorio.

Tatianus, cuius beneficentiam laudat Libanius orat. XV. tom. 2. pag. 438. et ad quem plures funt L'banii epistolae: haud diuertus a Tatiano [P] Aegypti praefecto et Augustali sub Valente ac Theodosio: a quo aquaeductus Alexandriae conditus, dictus Tatianus. Plura de eo Jac. Gothofredus in prosopographia codicis Theodosiani p. 386. seq. Meminit Suidas in OuciAns.

 Tatianus Dulas, qui Zephyrii in Cilicia martyrium obiit sub imperatoribus ethnicis, praefide Ciliciae Maximo quodam, cuius Acta martyrii latine dant Lipomannus et Surius 15. Iunii, Graece cum Sirleti versione exhibet Henschenius tom. 2. Act. fanctor. Iunii p. 1043-1047.

M. Aurelius Polynices Tatianus in veteri inscriptione apud Sirmondum pag. 266. ad Sidonium.

Tatianus, puer, in Gruteri thesauro p. MLX. 5.

[Index auctorum, quorum meminit Tatianus in or. fua ad Graecos,

Worthil editionis paginis adcommodatus ex eiusdemque ed. repetitus.

Acufilaus. 86.	Anyta, poetria. 114.
Aelopus. 119.	Apion. 97. 130.
eiusdem fabula respicitur. 91.	Apollodorus. 107. 108.
Amphion. 136. 139.	Archilochus, 109.
Anacharfis. 50.	Aristaeus, Proconnessus. 136.
Anaxarchus. 72.	Ariftarchus, 107. 108.
Antigenides. 86	Aristippus. 8.
Antimachus, Colophonius. 106.	Aristophanes, poeta. 6.
	M 2

Alii duo Tatiani, martyres, de quibus Martyrologia 16. Martii et 12. Sept. de altero, Phryge, etiam Sozom. V. 11. Suid. in 'Aµanxios et Tariavós.

94 L.V. c. I.

INDEX AVCTORVM & TAT. CITAT.

Aristophanes, grammaticus. 107. Aristoteles. 9. 10. 88. 89. Aristoxenus. 86. Asbolus, poeta. 137. Berofus, 125. 127. Callimachus. 167. Chaetus. v. Laetus. Chamaeleon. 196. Clito. 114. Corinna. 114. Crates, philosophus. 15. — grammaticus. 107. Democritus, Abderita. 62. 88. Demodocus. 136. 139. Diagoras, athenienfis. 95. Diogenes. 7. Dionysius, Olynthius. 106. Drymo. 137. Elephantis, 122. Empedocles. 14. Ephorus, Cumanus. 106. Epicurus. 88. 97. Epimenides. 136. Eratosthenes, grammaticus. 107. 108. Erinna, Lesbia. 113. Eumiclus, Cyprius. 137. Euripides. 11. 35. 43. 85. Hegefilaus. v. Acufilaus. Hellanicus. 5. Heraclitus. 10. 11. Herodorus. 98. Herodotus, Halicarnasseus. 106. Homerus. 30. 105. 109. 125. 136. Horus Samius. 137. Hypficrates. 128. Ioannes, euangelista. cap. I. v. 3. p. 34. c. I. v. 5. pag. 52. Isatis. 137. luba. 127. Iustinus, martyr. 69.71.

Learchis, poetria. 113.

Leo, Pellaeus. 136. 138. Linus. 136. 138. Maríyas. 4. Megaclides. 106. Menander, poeta, 86. Menander, Pergamenus, historicus. 129. Metrodorus, Lampfacenus. 80. Mnesiarchis, Ephesia, poetria, 114. Mochus. 128. Moles. 105. 125. 127. 129. 130. 135. 136. Mulaeus. 134. 136. 139. Myro, Byzantia. 114. Myrtis. 114. Mystis. 114. Olympus. 4. Onomacritus, Athenienfis. 138. Orpheus. 3. 136. 138. 139. fragm. ex iplius Ara Inxars. 34. Oftancs, Magus. 64. Phemius. 136. 139. Pherecydes. 14. 89. Philaenis, 122. Philochorus, Atheniensis: 106. Philammon. 136. 139. Philochorus, Atheniensis. 106. Plato. 8. 14. 88. Praxigoris. 114. Praxilla. 113. Prosnautides, fiue potius, Pronapides 137. vbi v. notam. Proteus. 87. Pfalmus VIII. 5. 60. Ptolemaeus, Mendesius. 129. 131. Pythagoras. 14. 88. 141. Sappho. 113. 114. Sibylla. 136. Socrates. 13.

Sophron. 119.

Stelimbrotus, Thasius, 106.

Digitized by

J(

Tatiani

Vol. V. p. 85 7 86

ATHENAGORAS.

Vol. V. c. I. 95

Tatiani testimonium de le ipfo. 124. 142. eius liber πεςὶ ζώων 57. — πςὸs τὲs ἀποφηναμένες τὰ πεςὶ Θεἒ. 136. Telefilla. 114.

Thalarchis, Argiua. 114.

Thamyris. 136. 139. Theagenes, Rhegius. 105.

Zeno. 12. Zenodotus, grammaticus. 107.

ATHENAGORAS, Athenienfis, e philosopho ethnico Christianus, paucis veterum memoratur, Methodio apud Epiphanium^{*}) LXIV. 21. et Photium cod. CCXXXIV. p. 480. atque Philippo Sidetae in fragmento, quod edidit notisque multis illustrauit Dodwellus ad calcem differtationum in Irenaeum, cuius Philippi haec sunt verba: τë didagnadeis të iv Adefardeeia 'A Snvæyógas πεώτος nyngaro etc. Scholae praesuit Alexandrinas primus Athenagoras, qui Hadriani storuit temporibus atque Antonini, quibus etiam legatoriam orationem pro Christianis τον ύπες Xεισιανών πεεσβευτικον inscriptit. Rel gionem Christianam in ipfo quoque pallio professus et scholae Academicae praesestius της 'Axadnµaixης πεοισάµενος. Hic cum ante Celsum in animo haberet, Christianos scriptis oppugnare, lustratis ea mente scripturis, vt suffeeptam oppugnationem institueret accuratius, ita captus [F] a spiritu S. est, vt ad exemplum magni Pauli, ex persecutore Dostor effestus sti illius staei, quam suifsti persecutus. Huius discipulus Clemens Stromateus, Clementisque Pantaenus. Apologiam videur feripsifie Athenagoras intra annum CHRISTI 177. et 180. obtuhiseque M. Aurelio Antonino et L. Commodo'), quorun nomen in MSS. codicibus constanter praefixum legitur, etiam

k) Athenagorae nomen pro Athenogene ibi reponendum primus monuit Paulus Leopardus XIX. 9. emendationum. Atque Athenogeni quidem, cuius hymnus ab incerti auctoris antiquissimo vespertino; quo etiamnum vtuntur Graeci, diuersus memoratur apud Basilium de spiritu S. cap. 29. tom. 2. pag. 220. Apologiam ctiam tribuendam practer rem fuspicatus est Baronius ad martyrolog. Rom. 18. Ianuar. Quemadmodum alius, nescio quis, apud Steph. le Moyne notis ad Varia fora pag. 171, minus adhuc yerifimiliter cam tribuit Iustino, martyri, forte, quia Iustini scriptis in aliquibus editt. addita est. Denique Tentzehus pag. 453. differt, -felect. recte retractat quod p. 199. fibi persuaserat alicubi delitescere libros 12. Athenagorae mepi rur es tauror, quum Geinerus de libris M. Antonini, qui hoc titulo exftant, loqui voluerit.

1) Integrum Commodi nomen Lucius' Aelius Aurelius Commodus, vt patet ex numis, illo v. g. quem exhibet 'Tristanus tom. 1. pag. 718. Non itaque opus est in inferiptione apologiae Athenagorae pro Lucio Aelii nomen reponere, vt fuadebat Steph. le Moyne notis ad varia facra p. 170. Fabr. Quando apologia oblata aut feripta fue-

rit, non conuenit. Mosheim, in diff. de vera setate Apologetici Athenagorae, in biblioth. Bremens. claff. II. fasc. I. pag. 853. seqq. (Bremae 1718. 8.) quae dein prodiit auctior in eius et obs. facr. libr. I. cap. 4. p. 193. et diff. ad hift. ecclef. pertinentibus, Altonae 1733. 8. pag. 269. fuse docteque demonstratum iuit, libellum Athenagorae fuisse praeter Marcum imperatorem etiam Commodo inferiptum et a. C. 177. exaratum. Argumenta, quibus vsus est, in compendium redegi in Introduct. II. 2. pag. 197. fq. (vbi de Athe. nagora egi,), cumque sequitur Hamberger in: zuverl. Nachr. II. pag. 406. fqq. Contra Saxius in Onom. I. pag. 318. cum Pagio aliisque confet. legationem f precationem illam ab Athenagora a. C. 166. M. Aurelio et L. Vero effe oblatam. Ita alii aliter fentiunt vid. Oudin. de fcript, eccl. I. col. 205. etc. I. G. Walchis hift. eccl. p.607. fg. et libris ab illo laudatis adde I. Dan.van Houen de vera legationis Athenagorae pro Christianis actate, dilp. 1754. 4. et Imi Diaconi Hortensii de villa noua, (h. e. eiusdem I. D. v. Houen,) disquifitio de inscriptione et actate libelli Athenagorae pro Christianis, divis fratribus exhibiti, in fymbolarum literariarum ad incrementum scientiarum omne genus, collectione II. Halae, 1754. 8. n. V.

Digitized by GOOS

66 Lib. V. c. I. ATHUNAGORAE CODD. ET EDITIONES.

etiam in Bononienfi, quem memorat Mabillonius tom. I. Mufei Ital. p. 196. Quamquan Baclius in lexico histórico, gallice edito, negat, vanquam oblatam publico Christianorum nomine, sed tantum scriptam privatim ab Athenagora; perinde vt in Gallia ab A. 1684. multi e Reformatio, persequentionem passis, libellos eiuscemodi supplices et apologias ad regem scripferunt edideruntque, Reginumquam oblatas. Ceterum de Athenagora eiusque scriptis videat lector, si placet, quae copiosius commentati sunt eruditi viri, Pagius et Basinagius ad Baronium, Tillemontius, Caueus, Nourrius, Dodwellus, Tentzelius atque Ittigius, [Oudinus, Stolle, Schroeckh. Lange (Gesch. d. Dogm. p. 190.) Flügge Gesch-d. theol. Wiss. I. p. 147. sq. Polyc. Leyser in dist. de Athenag. Longuerue dist. de Athenagora aliique ame et in superioribus fectionibus et in Introduct. I. c. memorati,] ne de aliis iam dicam. Mihi quidem suffecerit, Apologiae et alterius libri insignis de resurestione mortuorum editiones atque interpretes bona fide retuisse. Nau de MSS. codicibus videndus Nourrius adparat. ad bibl. Patrum p. 483. Fabr.

[Quosdain tamen co.ld. mistor commemorare iuuat. Florentiae in bibl. Medic. Laur. cod. XXXII. plut. X. nr. 8. et cod. III. plut. IV. Athen. de refurrectione mortuorum, teste Bandin. cat. codd. gr. 1. pag. 496. et 519. — Mutinae in bibl. ducali, Athen. legatio, et Benoniae in bibl. coenobii canonicorum etc. legatio et de refurrectione mortuorum, fecundum Montfaur. in diario ital. pag. 31. et 407.

Parif. in bibl. publ. legatio et de refurrectione mortuorum, in codd. CLXXIV. et CDLI. fecundum catal. codd. tom. II. add. Montfauc. Palaeogr. gr. pag. 43. et 275. — In cod. bibl. Efcorial. de refurrectione mortuorum.

Bodleian. et Etcn. codd. contulit Dechaire. In codd. igitur Bodl. nr. LXXXXVII. et CXXXXV et MMDCCCLXXVII. eft apologia. — Monaci in bibl. Bauar. Athen. legatio in cod. CIL. v. cat. codd. gr. pag. 60. — Gottlob. Frid. Gudius specimine bibl. disputa, tion. — de felectis historiae eccles. capitibus, (Lips. et Laubae 1743. 4.) pag. 207. fq. refert, Loulos in bibl. publ. exstare in cod. VIII. Athen. apologiam et nonnullas illius lecliones ab iis, quae funt in edit. Rechenberg. diuerfas, exhiber. Harl.

LIBER DE RESVRRECTIONE fiue vberiora ex illo libro excerpta latine, interprete Mar/ilio Ficino "), faepius vulgata atque in Ficini operibus tomo 2. leguntur. Inte-

n. V. pag. 163. fqq. it. I. G. Walch in bibl. patrift. p. 25. — Contra Semlerus in Ifagoge hift. praefixa Baumgartenii theolog. polem. II. §. 58. pag. 70. feqq. tantum abeft, vt credat, apologiam illam reuera fuiffe traditam imperatoribus, vt potius fufpicetur, illam, non ab Athenagora, fed multo. post tempora illorum imperatorum ab alio, nescio quo, esse conferiptam, (vti iam Io. Hülfemann in patrologia pag. 989. opinatus est, vtrumque Athenagorae libellum supposititiis adnumerans;) nec valde probat Semler dogmata illius theologica, et Io. Forbessum a Corfe in specimine doctrinae antiquiffimorum patrum, ex Ignatio, Iustino, Athena-

gora et Irenaco, §. 10. 11. (quod oft caput III. libri 1. inftructionum hiftorico-theologic.) Bullum aliosque Athenagorae patronos refutat. Quod ad auctorem libelli adtinet, *Roesler* in: Bibl. der Kirchenväter. I. p. 183. Semleri fementiam haud comprobaffe videtur, atque in notis ad diligentem vtriusque libelli epitomen illius, Schroeckhii, Lindneri aliorumque interpretationes aut coniecturas faepe examinat. Harl.

grum

m) Cum Xenocrate et Cebetis tabula per Lud. Odax. Parif. 1498. 4. v. cl. Panz. A. T. II. pag. 320. — cum Aenea et Xysto. Basil. 1515. 4. 1520. 4. et Colon. 1522. 4. etc. v. supra vol.-I. pag. 872. Harl.

Digitized by GOOG

Vol. V. p. 86

Vol. V. p. 86287.

ATHENAGORAE EDITIONES.

Lib. F. t. I. 97

grum librum post Georgii Vallas versionem Venet: [1428. et] 1498 fol, euss alije ") vaciorum scriptis editam primus ex vnico MS. Graece vulgauit nouamque versionem suam addidit Petrus Nansius, Paris. 1541. 4. ap. Wechel. et Louanii, eod. a. 4. ap. Grau, quae editio Graecolatina repetita in Micropresbytico ex officina Heariei Petri vulgato Basil. 1550. fol. p. 470. et in Orthodoxographis Ioannis Heroldi ibid. A. 1555. fol. p. 351. [De resur. mortuorum gr. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. 1588. 8.] Sed latine hic liber Athenagerae, Nannio interprese, subiectus Philoni, Iudaeo, ex Gelenii versione edito Basil. 1552. 8. Italice vertit Hieronymus Faleti Venet. 1556. 4. ?) apud Aldum. Anglice Richardus Pordarus Lond. 1573. 8.

- [7] APOLOGIA latine ex Io. Langi versione cum eius commentario, inter Iustini, martyris, opera tom. I. pag. 217. Basil. 1565. fol. et ex versione Saffridi Petri [qui cod. MSt. vius est] cum scholiis eius vberioribus. Colon. 1567. [al. 1566.] 8. Graece viro et Latine cum Conradi Gesneri versione ac notis Tiguri 1557. 8.") Basil. 1358. 8. Gallice per Guidenem Gauessirium Paris. 1574. 8.
- VTRVMQVE OPVS Latine, Apologia ex Conradi Gefneri et liber de refurrectione ex Nannii versione recusum in bibliothecis Patrum, ve Paris. 1589. 1589. 1609. Colon. 1618. et nouissime Lugdun. 1677. tom. 2. [Inter Franc. Rous mella patrum, pag. 134. seq.]
- Graces et Lotins cum iisdem versionibus, ad calcen libri Juhiunchis ex H Stephani recenfione, qui apologiae MS. codicem graecum e bibl. Galliae, et libri de refurrestione Romae a Guil. Sirleto accepit, stilumque Athenagorae, plenum hyperbatis, passim parenthesibus diffinxit, castigationesque addidit. Paris. 1557. 8. [cum notis mstis Scallgeri, in cat. bibl. Heinstanae pag. 61. nr. 13]
- Cum iisdem verfionibus, et Gesaeri ad apologiam, H. Stephani ad vtraque notis. Tiguri 1559. fol. inter Theologorum aliquot Graecorum veterum Orthodoxorum scripta, quae sunt Canones SS. apostolorum et XIII. Conciliorum, Ignasii epistolae, Aeneae
 - Gazaei Theophrastus, Demetrii Cydonii de morte contemnenda, Hermiae irrisio philosophorum gentilium et Agapeti scheda regia ad Iustinianum, impèr. ---- graecolat. cum Iustino, mart. Paris. 1615. sci. et Colon. 1636. sci.
- Cum iisdem versionibus, notisque Frontonis Ducasi, In auchario bibliothecae Patrum Paril, 1624. fol. vol. I. pag. 50.

Cum

8) Scripta illa, a Georgio Valla iunctim edita, secentiui lib. IV. c. 28. vbi de scriptis Aphrodifei num. 12. [vol. V. pag. 665.]

•) It. ib. 1557. 4. fi reuera existit ed. h. anni, et Veromae (1735.) 4. *Paiton*. bibl. degli autozi — volgarizzati, I. pag. 134. *Clement*. bib. curicule etc. II. p. 182. et Freytag. analecta litter. pag. 55. fq. *Harl.*

p) In Maittairs A. T. tom V. L indice, p. sp. Vol. VII.

citatur edit. Athenagorae — apologia pro chriftianis, graece, et feorfim latine, Conrado Gesnero interprete, Parifiis, apol. Io. Benenatum, 1577. 8. — In catalog. fibr. bibl. Tigurinae tom. I. pag. 73. exflat: Athen apologia pro Chriftianis, gr. et lat. Tiguri. 1560. fol. — In bibl. Nić, Heinfii, (Lugd. B. 1682. 8) pag. 60. nr. 11. exflabat Athenag. de refurrect. mortuorum, gr. 8. anní nota non adferipte: an erat Plantiniana editio supra memorata i Athena.

L

Digitized by Google

Wol. V. p. 87 88.

Cum iisdem verfionibus et notis breuibus Io.' Felli, Oxonienfis "epifcopi. Oxon. 1682. 12. e theatro Sheldoniano. [In bibl. Bodlei. I. p. 84. est apol. latine tantum cum misst. collata. Oxon. 1682. 8.]

Apologia cum Suffridi Petri, et-liber de refurrectione cum Nannii verfione, additis notis variorum et nouis D. Adami Rechenbergii, theologi Lipfienfis, animaduerfionibus. Lipf. 1684.1685. 8. duobus voll.

Apologia cum Gefneri, et liber de refurrectione cum Nantii versione, notisque integris variorum post textum separatim positis, nouisque commentariis textui subjectis Eduardi Dechair, qui Graeca, in sectiones diussa, ad priores editiones et MSS. 2. Bodleianos et Etonensem recensuit atque versiones passim cassignuit, Baroniique nonnulla (ex annalibus ad A. C. 179.) et Petri Halloixii ac Dodwelli [P] (ex diss. XI. Cyprianic. §. 37. seq.) et Georgii Bulli (ex defensione fidei Nicaenae) de Athenagora subjunxiti Oxon. e theatro Sheldoniano 1706. 8. Fabr.

E- Legatio et de refurrectione mort. gr. ac. lat. cum notis Prudentii Marani, codd. msstis - vfi: cum eiusdem Iufino Hag. Com. 1742. fol. pag. 277. fq.

Athen, legatio et de refurrectione, in Gallandi bibl. P.P. II. 3.

Commoda est editio: Athenagoras depresatio (vulgo, legatio) pro Christianis cum varietate lectionis et perpetuo commentario M. Io. Gottlieb Lindneri, rectoris scholae Arnflad. Longofalistae, 1774. 8. — Eiusdem curae posteriores in Athen. deprecationem etc. ib. 1775. 8. Harl.]

Gallice, Arnoldo Ferrono, fiue Ferrierio interprete. Burdegal. 1577. 4. Fabr. Athenegorae legatio et lib. de refurrectione mort. etc. — anglice vertit et duas praemifit diff. Dauid Humphreys. Lond. 1714. 8. v. Brüggeman View etc. pag. 357. — De Athenagora foriplit Nath. Lardner in: Credibility of the Gospel Hiftory, part. II. vol. I. cap. 18. pag. 404. fqq. add. Io. Fabric, in hift. fuae bibl. pag. 62-64. aliosque, quos laudaui in Introd. 1, cit. Harl.

Suppositum Athenagorae opus de vero et perfecto amore.



undat.

Vol. V. p. 88790

DE VERO AMORE.

э(

Digitized by

undat. Idem in litteris datis ad me 10. Sept. 1710. Mirum profecto eff, libres illos amate. vios, de quibus agis, non vulgari, et irascor eruditis, qui istis manus non admenent, cum id facile facere possint; non id opto propter historiolas illas fistas et lepidas, quas inventuti relinquo, sed quia saepe inde clare cognostimus vitus et mores, qui in vsu tam grascis, quam aliis populis fuerunt, temporibus, quibus auctores fictionum illarum floruerunt. Cum autem mili adnumeres varios einscemodi scriptores, patere, ut tecum agam de alio talis argumenti in quo disputant viri eruditi. Est Athenagoras de vero et perfetto amore, qui, ex grasco versus, gallice editus est Parifis anno 1599. hoc titulo: Du vray et parfait Amour escrit en Gree, par Athenagoras Philosophe Athenien: contenant les Amours honestes de Theagenes et de Charide, de Pherecydes et de Melangenie. M. Baudelot d'Airval p. 182. de l'Utilité des Voyages, genuipum putat esse hunc librum, tribuitque eundem Athenagoras, qui pro Christianis apologias scripfit. Ill. Huetius in prima editione libelli gallici, quem de hisce fabulosis historiis una [P] cum historia fabulari, cui titulus Zaide, edidit, eius. dem eft sententiae, sed cam in altera eiusdem libelli latina mutauit; hune seguitur Tentzelius pag. 206, Exerc. selectar.; sed in Addendis in alia omnia abit, et Athenagorae iam Christiano fabulam illam adscribit pag. 452. Comparani mihi hune rarum librum, cum iunenis admodum in Gallus effem, cundemque legi ea sedulitate et attentione, quam ab illa actate quis defiderare poffet; et nescio, qui fiat, vt et tunc et www.femper hiftoria illa mihi fuerit fitque fu/petta. Non adducam in medium argumen. ta, quibus Huëtius mutata sententia impugnat Athenogoram illum, quamuis mihi, san. Ete testor, sadem notata fint; sed dicam tantum, multa, imo plurima ex autoribus praesis et latinis sumta esse verbo tenus, id quod Athenagoram, elegantem illum et eruditum Virum. fecifie, mihi non fiet verifimile, maxime cum latinam linguam, vti puto, ignorauerit. Exemplo vno et altero id docebo. Athenagoras ille p. 200. et aliis describit triumphum, quem Paulus Aemilius duxit (pleudid: fimum de Perfe, rege Macedoniae; fed illum omnem codem plane ordine narrat nobis Plutarchus p. 272. et 273. adeo ut ouum ouo non fit fimilius; quae p. 87. et sequentihus commemorat de Nasamonibus, Psyllis, aliisque Africae populis, petita funt ex Herodoti lib. 4. c. 172. et 173. et, quod mireris, p. 91. videtur describere pyxidem nauticam, licet obscure, ut scil. lateret, cum illa astate instrumentum iftud utilissimum, ns. maguam, quicquid nonnulli velitentur, cognitum fuerit. Quid quod triumphus ngualis Offquii pag. 22. petitus videtur ex Liuii 45. cap. 42. et virum illum prosul dubio dices non intellexiste anatuordecim remigum versus fiue ordines (apud Liuium 45, 35.) sum eos p. 23. b. reddat. quatorce rames: At quas p. 92, 36, 39, 40. libri primi, petita funt ex codem hiftoriso. lib. 45. e. 42. et aliis; lib. 44, 34. lib. 31, 14. et 35, 32. et 38, 10. Percarem certe in communia fin. dia, si te diutius detinerem, et loquerer de aliis aufforibus, ex quibus personatus ille Athe. nagoras petiit emblemata sua, et episodia; sed addam tantum, ea, quae p. 67. nobis nar. rat, omnia ex Liuis lib. 45, s. 17 et 18. absque nulla vel leuissima mutatione sumta este. non secus as ex Curtio, quas p. 152, nobis de Ammone propinat, lam tibi, vir eximie, do confiderandum, an rebie haec hiftoria fabularis attribui possit Athenagorae: mihi quidem id plane non videtur. Hactenus vir eruditissimus.

In praefatione auctor meminit vastatae non diu ante, quam scriberet, Graeciae his verbis: Et pour cet effet je me suis contenté de ramasser ça et la par nostre ville (Athenes) N 2

.

100 Lib. V. & I. ATHENAGORAS DE VERO AMORE

Vol. V. p 89Por

plussurs memolres pour relever et enrichtr une Histoire, qui s' en alloit quas estre mise en oubli pour la longueur du tems et pour le ruines aduenues depuis en toutes les provinces de la Grece, [?] desquelles nostre villen a pli eftre exempte, et en a senty un coup fi orbe, que à son occasion nous voyons maintenant les feiences et estudes n'a avoir plus de vigueur un icelle , it nos ekholes s'en aller du tout perduës. Ex quibus certum effe conficit Huctius pag. 44. libri de origine fabular. Romanenfium, auctorem non effe Athenagoram, qui fecundo post Chriftum natum faeculo scripfit, sed alium, qui vixit post direptam ab Alarico Greeciam; vel poties post oppression pouisime graccum imperium a Turcis confictum elle existimat hos opus ab aliquo e viris doctis Cardinalis Arminiaci familiaribus, nominatim a Guilelmo force Philandro. Mille, inquit, in locis temporum horumce vitimorum agnostic mores et inflituta autiquis incognita, quin et agendi ratio Sacirdotum et puellarum Hammoni confecratarum tam fimilis noftrorum Monachorum et virorum religiosorum conuentibus regiminique ita congruens longe diffentiunt ab ils rebus, quas et història nos edocet de ils temporibus et locis, quibus vita monafica nata est et adolenit. En cura quam austor adhibet in explidandis quidusdam prifeis vitibus, qui a noftris differant, in hominem tansum recentiorem cadis. — Multa admotat ad prifeos auctores qui exflant ad bune diem, cosque illustrat, poriffmum vero Herodotum, Plutarehum, Q. Curtium, Tamblichum philos, et Heliodorum, et quibus praecipus fic tangaam in fontibus notain fuas fabulae-haufit materiam. "Sed et obfernationes quoque alias addit illis contrarias et aduerfas, quas priseus aliquis auctor et rerum antiquarum peritior hand quaquam protulistet — Idem in media Gracciae luce litem capitahem instituit eadem et serie et sorma, ac si in ipso Lutetiae soro institueretur. — Brigit-Barlae nomen ad exemplum nominist S. Brigitae Scoticae virginis haud dubie efficiant etc. -Suam Architectonicae artis perisiam auctor ad fastidium usque ostentat. --- Sciant omnes Cardinalem Arminiacum architeEionicas arti impensé fuisse deditum. Philander, Vitruuii commentator ipfi cliens erat addiciisfimus, vir certe in ea arte saeculi sui scientissimus, et literie quoque, quas humaniores vocant, ornatisfimus. Quid quod Architectura falk illius Athenagorae ad Architesturam Vitruuii quadrat aptisfime? His non obstantibus, fuere tamen, qui adhuc cenferent ampliandum, vt Colornefius in Parafiporni de feriptoribus ecclef. Sed quia nemo hactenus fuit, qui graecum codicem proferret, non difficulter adlentior virorum doctufimor. fententise tot argumentis nixae, "recentius' effe commentum, et de virtutibus vitiisque huius dramatis lectores ad eundem Huetsum pag. 53. feq.' ablego, qui pag. 57. fq. praeteren obferuat, plane ad imitationem Heliodori totum opus effe compositum, iisdem fere nominibus amantium, euentibus multum fimilibus, [P] codem librorum numero. Huetio adflipulatur etiam Mourrius tom. 2 adparat, ad bibl. Patrum diff. 3. p. 481. Editiones htius operis, Athenagorae tribuit lectuque non iniucundi duse prodierunt; priorem ipfo pofildeo, Baylio etism memoratam editamque Parifin apud Mich. Sonnium A. 1599. 12. foliorum 380. cum prinilegio regis, et praefatione Bernhardi Saniorry, Cal. Octobr. 1506. Alteram Patif. 1612. apud Dan. Guillemot excufam, in bibliotheca Isaci Vossi euoluisse fe toftatur Caveus, Fabr. Conf. quoque Clement in bibl. curieuse, histor. et crit. tom. II. pag. 181. Non folum fraudem scite aperuit, fed etiam Fumaeum ipsum fuisse callidum operis spurii architectum, copiose demonstrat De la Croze in epistola ad I. Chstph. Wolfwin, quain postea Fabrie, in volt VII biblioth. gr. pag. 784. feyq: vet. edit. inferuit? guam tamen, quia recepta est in Thefanri epistol. Laceoziani tom, III, pag. 249. leqe. - Y'4

Digitized by GOOGLE

ATHENAGORAE VARIL

h. L excludendam potius, vt parcam chartae, quam recudendam elle arbitratue fum. Harl.

Athenagorae alsi.

Fuere et alii Athenagorae, quorum decem vel vndecim obleruaui. 1) Athenagorae, qui cum Pharnabazo et Apollonide, Chio, vinctus traditus est Macedonibus, teste Curtio IV. 5.77. 2) Athenagoras Cymaeus fiue Cumanus, cuius meminit Cicero pro Flacco, cap. 7. 3) Athenagoras Argiuus, cuius mentio apud Sextum Empiricum 1. Pyrrhon. Hypotypos. pag. 27. 4) Athenagoras, rei russicae scriptor, apud Varronem ac Columellam lib. 1. c. 1. 5) Athenagoras chirurgus, cuius meminit Martialis VIII. 41. IX. 97. etc. 6) Athenagoras, Miletins, de quo Diodorus Sic. lib. XX. tom. 2. pag. 820. fq. 7) Athenagors, episcopus Byzantinus, ab Andrea, apostolo, nonus, in Philippi, Cyprii, chronico, ecclessae graecae p. 4. 3) Athenagoras, cui Boëthus, teste Photio cod. CLIV. dedicauerat librum sum mentio in kistoria, flue dramate potius erotico Apollonii Tyrii pag. 694. fqq. in M. Velseri opebus. 10) Athenagoras, rhetor ineptus, quem perstringit Ammiani epigramma II. 46. p. 248. Anthologiae. 11) Athenagoras, regis Philippi Maced. praefectus, Liv. XXXI. 27. Fabric. Add. Mollerii Homonymolcopia, p. 426. sq., Harl.

XX. THEOPHILVS, ex ethnico) et iple Christianus, atque hine Antiochiae epi-N 3 fcopus

q) Theophilus ad Autolycum lib. I. pag. 78. D. Tentzelii diff. felect. p. 209. fq. Caueus, Tillemontius et Halloixius in vita Theophili etc. Fabric. A pristina et communi sententia, Theophilum ante professionem christianam fuisse idolorum cultorem, discedit Hosmann. in praefat, germanicae versioni, infra memorandae, pracsixa pluribus rationibus, haud omnino leuioribus, demonftraturus, Theophilum fuisse ortu Iudaeum, et fectae Sadducaeorum addictum, ideoque, quamdiu christianorum facrorum expers fuisset, mortuorum reditum ad vitam priftinam negaffe, et Hebracos potuisse adpellare maiores suos, Abrahamum vero funm patriarcham etc. Atque I. G. Walchio in historia ecclef. N. T. p. 638. atque Hambergero in Z. N. II. p. 423. Iq. Stollio in: Nachricht von Kirchenvätern, pag. 73. fegq. qui tres VV. DD. vitam scriptaque vera spuriaque, aut fimul placita Theophili modo copiofius, modo breuius, enarrant, ad pluresque, qui de co scripferant, prouocunt VV. DD.) Ziegiero in: theologischen Abhandlungen, part. I. pag. 108. aliisque illa Hosmanniana sententia haud multum a verisimilitudine abesse videtur. Contra Samuel. Gottl. Lange in Geschichte der Dogmen part. L

Vol Y. P. 91

pag. 261. fqq. de Theophilo eiusque doctrina atque opinionibus, pristinam tuetur sententiam vel loco, quo secus sentientes potissimum vti solent, nixus in §. 19. libr. 1. ad Autol. p. 60, 62. edit. Wolfianae, vbi confitetur Theophilus, se antea quoque dogma de resurrectione mortuorum non admissifie; sed, postquam de illa doctrina cogitaffet diligentius et scripta prophetarum facrorum cognita sibi reddidisset, illud verum habere. Ex quo colligit Lange, Theophilum antea ignoraffe scripta V. et N. T. adeoque ante professionem christianae disciplinae necessario addictum fuisse religionibus prauis: idque co confirmari videtur Langio, quod Theophilus vium et familiaritatem cum erroribus et superstitione paganorum et cum graecis auctoribus prae fe ferat. Enimuero forfan poteft refponderi, Theophilum, quamdiu Sadducacorum fectae adhacreret, more illorum libros prophetarum haud habuisse diuinos, aut canonicos, ideoque illorum auctoritatem minoris aestimasse; postca vero, convictum erroris, illis omnem adhibuisse fidem. De eius cognitione pravarum religionum et scriptorum graccorum interiore, vel Iofephi, Iudaci, exemplum testatur, Iudaeos illo tempore haud omnino

Digitized by GOOGLC

Vol. V. p. 91792

Icopus), Erotis successor, scriplit [P] post M. Aurelii Veri mortem eirea A. C. 181.) non diu ante obitum suum subros III. megi rns rav Xeisiavav miseus ') ad Autolycum,

omnino abhorruiffe a lectione et fludio graecorum profanorum auctorum etque quum maxime inter idolorum cultores commorarentur, facilius potuiffe fibi comparare notitiam superfitionum rituumque falforum pleniorem. Denique fieri etiam potuit, vt Theophilus, castra christianorum sequutus, ad veritatem doctrinae Christianae tuendam et a criminibus aduersariorum melius sirmiusque vindicandam maiorem operam in cognoscendis erroribus a vero dei cultu alienorum et legendis scriptoribus graecis collocaret. Sed haec in coniecturis pofita sunt. Harl.

r) Its Eulebius IV. 24. hift. et Hieron. c. 25. de S. E. atque in epift 151. ad Algasiam. Martyrolog. rom. 13. Octobr. Etiam in eodice MS. Regis Christianistimi libris Theophili hic titulus pracfigitur : Geogia sareinezz farz Arriozans meds Αυτόλυχον "Ελληνα, περί της των Χρισιανών πίσεως, אַמָן אוז דע למע ל. איזע דע אם אושנ מפאמטידופע אען · สิ่งการโรงอูล์ ส่วง ' กังของรายเหลี่ง หลุง ' E งงกางหลัง หลุง antre rur allar ouyyenglur. Equidem Gennadius c. 33. de S. E. libros tres de fide fub Theophili Alexandrini nomine titulatos legiffe fe fcribit. Et H. Dodwelle librorum ad Autolycum au-Stor videtur Theophilus Antiochenus iunior, qui fcripferit post annum CHRISTI 205. sub Seuero imp. quam fententiam defendit in observationibus ad opera postuma Io. Peartonii Lond. 1688. 4. pag. 11. fq. tum in fingulari diff. adhuc inc. dita, quam cum nous, quam iam pridem parat, librorum Theophili editione et distriba sua de Theophilis luci non inuidebit Gottlieb five Theo. philus Schelwigius, humaniorum litterarum in Gedanensi gymnafio professor. [Sed permifit adparatum suum I. C. Wolfio.] Verum libenter adfentior Eulebio et Hieronymo, praccipue quum Gennadius titulo illi nec iple habuerit fidem, et Dodwelli obiectionibus iam satisfecisse videantur Tillemontius ad vitam Theophili tom. 3. Memor. hift. ecclef. nota 2, et Caneus parte altera hiftor. litterariae. Idem Dodwellus librum tertium Theophili, (quem de temporibus vocat Lactantius lib. I. c. 23, quoniam temporum rationes in eo ab orbe condito ad M. Antonini Veri imperium succincte pertexit,) separatim scriptum et ante priores duos Autolyco mislum existimat, vt laudatus Schelwigius me docuit, quod minus videtur effe a veri

fimilitudine alienum, atque suboluit etiam Grabio p. 220. tom. 2. fpicileg. Fabr. Alium Theophilum, noftro iuniorem, fub Seuero libros ad Autolycum scripsiffe, Dodwell iam in Differtationum in Irenseum differt. II. S. 44. pag. 171. et S. 50. p. 182 statuit: sed Wolf. in pracf. mem. et Hofmann in pracf. adferere fluduerunt libros Theophilo nostro, episcopo Antiocheno, et Dodwelli argumenta fub examen vocarunt atque refutarunt, Neutiquam tamen Semlerus in historia doctrinae christianae, practiza tom. II. Theologiae polemicae Baumgart. pag. 82. not. 81. id exploratum habet. Immo potins, quod in libris Theophili multa confpirent cum Iuftini apologia, varia loca gracca minime adducant ad credendum, libros ad graecum idolorum cultorem effe fcriptos, et propter longiora ex facro codice, graece verfo, et ex libris fibyllinis excerpta, tum quod, manifesto adpareat, loca in quibus antiquitas Iudacorum corumque historize demonstratur, este ex losepho du-Aa, fuspicatur, libros illos demum faeculo III. ab homine quodam christiano, forsan in Aegypto (vbl quidem suam disciplinam et doctrinam de Xoyo haufiffe videatur) viuente, qui fub nomine Theophili, h. c. qui deum amet, voluerit latere, et nomen aduersarii, Autolyci, finxerit, esse compolitos: inde vero facile factum effe, vt auctor iste ignotus cum Theophilo, episcopo Antioche. no, confunderetur. Ingeniofs eft hace conjecture. At enim, fi Theophilus ortu fuit Iudaeus, nouerat Iudaeorum historiam et fi forsan cum philofophis Christianis philosophiae acgypt. gnaris et adleclis forte, in Acgypto versatus eft nonne ils Semleri iudicium aut fuspicio debilitari poterit. Quod autem Fabricius cum Dodwello existimat, librum tertium separatim effe scriptum, quod etiam probabile videtur Roeslero in biblioth. patrum ecclefiaftic. tom. I. pag. 251. not. 40.) ét ante priores duos Autolyco mission; Wolf in praesatione et Walchius I. c. p. 640. posteriorem reliciunt fententiae partem, et ex ipfis fingulorumlibrorum initiis, illos co ordine, que nunc exstant, confignatos fuisse, conjiciunt. Priorem vero partem veram, immo cognitum compertumque effe iudicant, libellos iftos, (vt verbis vtar Walchii,) non codem tempore; fed interiecto quodam cius spatio separatim elaboratos et **figil**a

Digitized by Google

Vol. V. p. 92 P93 THEOPHILI CODD. ET EDITIONES.

tum adhuc ethnicum "), ceterum virum eruditum ac librorum helluonem "), qui noctes folidas inter libros libenter foleret confumere, et veritatis cupidiffimum ").

Primus Graces ex Atlenii codice ") quem Venetiis Io. Frifius descripterat, edidit Conradur Gesnerus Tiguri 1546. fol. cum Antonii ex Maximi locis communibus, Maximi Centuriis et Tatiano. Atque codem anno ibidem latime, Conrado Clausero, non, vt Nourrius pag. 506. adfirmat, Gesnero interprete. Gesnerus hoc inferibit titulo: de DEo et fide Christianorum contra gentes, Institutionum libri tres ad Autolycum. Institutionum libros adpellat, quod Eusebius dixit 500% erwon our ygea µmarcs. Vide Gesneri epistolam de scripus a se editis p. 23. b.

[I] Latine ex eadem Clauferi versione occurrit in bibliothecis Patrum, Paris. 1575.

fgillatim ad Autolycum miffos; deinde vero, tamquam ad idem argumentum speciantes, a librariis, vao volumine comprehensos effe. Quare cum Hosmanno dubito, inferiptionem, quae etiam in codicibus variat, toti opysculo ab ipso auctore ese praefixam. De Theophili autem ingenio, endítione hand vulgari, placitis atque opiniunculis, presertim de cius doctrina de Xoyy, et quae Pemuius, Nic. de Nourry, Ge. Bullus, Whifton alique in vtramque disputarunt partem, latius exposuerunt Stolle et Semler II, citt. et Brucker in historia critica philos, tom. III. pag. 399. sq. (qui in adpendice I. vol. VI. p. 538. iudicat, Semkri de auctore rationes, mereri, quae expendantur,) Io. Ge. Arnold. Oelrichs in comment. de vera et certa corum, qui medio secundo atque iscunte III face. floruerunt patrum de ratione L relatione filit L verbi cum patre sententia, Gotting 1787. 4. pag. 30. sqq. in primis Roesler ac Lange locc. memm. quorum postremus pag. a65. acute observat, Theophilum fuisse primum, qui plurium fuperiorum doctorum philosophemata fuderet consociare, et secundum illos suam de Vivy doctrinam conformaret, Add. Io. Fabricium in historia bibl. Fabricianae, tom. I. p. 63. (vbi valde laudat Theophili librum, et pag. 56. ac Moller. in Hömonymoscopia pag. 525. Harl.

s) Hune titulum habent in MS. regis Galliae, tefte Sirmondo in limine notar. ad Rufini librum de fide tom. I. Opp. p. 273. Ibidem libros tres de fide, quos fub Theophili Alex. nomine Gensadio lectos iam dixi, a tribus Theophili ad Autolycum libris Sirmondus, praeter rem, vt opinor, diffinguit.

1) Wolf. in pracf. ad fuam edit. putat, libros fie fcriptos intre au. 180-183. Schroeckh vero

in hiftor. ecclef. tom. III. pag. 138. intra ann. 170-180. Prior sententia verisimilior esse videtur. Hart.

a) Theophilus ad Autolycum lib. I, pag. 69. b. et lib. 3. 119. 2.

v) Lib, 3. p. 119. u. 138. d.

10) Lib. 1. pag. 69. b. lib. 3. pag. 127. b. Scrlpfiffe tamen Autolycum libros adueríus Chriftianos, vt Tillemontio videtur, aegre mihi períuadeo. Neque apud Theophilum initio lib. 1. λi yas ita accipere neceffe eft.

x) Theophili libr. III. de Christianorum fide supersont in cod. Veneto D. Marci CCCXXXXVI. (tefte catalogo pag. 260.) — liber tertius, in cod. Parif. bibl. publ. DCCCLXXXVII. de quo multus est Wolfius in praefat. - Secundum Montfaucon bibl. - mestor. funt in bibl. Vaticana Theoph. Antioch. commentaria, (pag. 14. et 142.) et in cod. Laur. Medic. Theoph. homilise inter homillas in cuangelia variorum patrum; (pag. 280.) Oxon. in cod. Bodlei. MMXXXX. ar. 8. sec. catal. I. p. 106. de quo conf. Wolf. l. c. Horum tantum codd. notitiam inucftigando acquirere potui. Atqui infignis codd. rarites vel ex testimonio Latini Latinii cognosci potest. Is enim in tom. 11 epift. pag. 113. adfirmat, practer exemplar bibl. Matthiae, Vagarorum regis, e quo edd. Theophili Antiocheni fumtae fuerint, nullum fe codicem Romae vel vsquam alibi reperire potuisse: quem locum debeo Fabricio noftro tum in bibl. Gr. vol. XII. libr. VI. cap. 7. pag. 654. tum in Delectu argumentorum et syllab. feript, de veritate christiana, pag. 56. vbi plurima, quae in bibl. Gr. h. l. fcripferat, repetiit, et prpauca adiecit. Harl.

Digitized by

104 Lib. V. c. I.

1589. 1644. Colon. 1618. 1677. tomo 2. [et inter Franc. Rous mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 124.]

Grace et Latine cum Clauferi versions in Orthodoxographis lo. Heroldi, Basil 1555. fol. p. 285. et ad calcem Iuslini, martyris, per Io. Langum, Paril. 1615. et 1636. et Colopiae (Witebergae) 1686. fol. cui postremae editioni accesserunt notse B. D. Christiani Kortholti, iam ante editae Kilonise 1675, fol. [- gr. et lat. cum notis Prudentii Marani; cum Iuflino martyre, Hag. Com. 1742. fol. pag. 338. fq. - In Gallandii biblioth. P. P. II. 77. Horl.] Etiam prodjerunt Theophili, Antiocheni libri in auctario bibliothecae Patrum 'graecolatino, Parif. 1624. fol. cum notis Frontonis Ducaei. Oxoniae nitidam editionem curauit Io. Felhus Oxoniensis episcopus, A. 1684. 12. cui ad codicem Bodleianum emendatae Clauseri verfio castigata et breues notae accesserunt. Tabula etiam fubiicitur, ex qua rationes temporum, quas sequitur Theophilus, licet colligere, qualem exhibet etiam Nourrius adpararu ad bibl. Patrum pag. 515. Fabric. Theoph ad Autolycum libri tres, graece, ad fidena codicis msti Bodleiani et ex parte regii Parif. denuo recogniti et pluribus in locis caltigati, versione latina frequenter emendata, notisque tum aliorum, tum suis instructi a le. Chrifton. Wolfio. Hamburgi 1794. 8. Practer textum emendatiorem bacc ed. varias casque egregias accepit accessiones. In prolegomenis enim disputat Wolf. contra Dodwellum. Post illa recudi secit praefat. Felli et diff. Io. Ern. Grabii, quae in spicilegio patrum freculi II. p. 218. fqq, exstat "). Calci textus fubiecie vindicias Theophili, ex Georgii Balli defensione fidei Nicenae petitas, et Petaulo quandam oppositas: tum differt. Steph. Soucietà e S. I. ad libr. II. §. 18. primum memoriis litterar. Treuultinis a. 1708. pag. 605. fqq. postea eius Recueil etc. collectioni differtatt. critiearum in loca S. S. difficiliofa, Paril. 1715. 4. gallice editae infertam, a Wolfio autem in latinum fermonem translatam: dein Dodwelli fententiam, in differt. epistolica anglicana proposition, qua Theophilum quoque opinatur censuisse animam effe principium naturaliter mortale, examinat. Denique Obst. quasdani Nic. le Nourry, ad Theophilum spectantes, ex eius adparatu ad bibl. max. patrum tom. II. pag. 491. sq. repetiit. Conf. Lips. acta erud. m. Febr. a. 1724. pag. 56. sq. - Dan. Wik kinfum promilisse edit. cum Rich. Bentleif casigationibus et Henr. Dodwelli diatriba de Theophili actate, et lo. Maffoni diff. in cumdem chronologica, memoriae prodidit Fabric. in bibl. gr. XII. pag. 955. At enim, quantum equidem scio, illa edit. non adspexit lucema

Theophili libros anglice vertit notisque illustrauit Iof. Betty. Oxon. 1722. 8. — De hac versione Fabric. loco modo memor. "in bibliotheca, aiebat, theologico - philologica Bremensi tom. V. pag. 163. lego etiam, Hermiam additum, quem in exemplo, quod euolui, frustra quaesiui. Quod autem anglicus interpres a Theophilo suo pag. 208. putat citari librum, quem iple scripferit de genitura mundi, non ego credulus illi; verius enim est, respici ad primum Moysis librum, vt a Wolsio recte suit adnotatum." Germanica versio sic est inscripta. Des H. Theophili, sechsten Bischossis zu Antiochia, drey Bücher an Autolycam, einen gelehrten Heyden: darinn der Aberglaube beschämet, und die christliche

y) Tom. I. Oxon. 1699. 8. vbi Grabius frag- face. fel ment. comment. Theophili publicauit; fed confer Theoph de Grabil errore Ittig. in histor. eeclef. fecundi iecha.

saec. selectis capp. pag. 33. fq. vbl a pag. 29. de Theophilo agit vberius, et Wolf. in nota subiecta.

Digitized by GOOGL

Jel. V. p. 32894

SCRIPTA THEOPHILI.

liche Religion beschützet wird. Aus dem Griechlschen überlezt, auch mit einer Vorrede und Anmerkungen vermehret von Gustau. Christ. Hosman, Predigern — in Kiel. Hamburgi 1729. 9. — Quaedam scripta, ad historiam librosque Theophili spectantia, citaui in Introd. in hist. L. gr. II. 2. pag. 207. quibus addantur Io. Gottl. Walpurgeri Theophihus Antiochenus boni pastoris in ecclesia typus. Chemnic. 1735. 4. — Nathan. Lardwer Credibility of the Gospel History, part. II. vol. II. cap. 20. pag. 425. sq. — Io. Iortin obst. in Theophilum, in eius Remarks on ecclesiastical History. vol. II. p. 196.206. Hart.

2. Commentarios in Buangelium a Theophilo, quatuor evangelistarum dicta in ynum opus compingente, graece scriptos legit olim Hieronymus praef. ad Mattheeum, atoue nonnulla ex illis producit epift. 151. ad Algafiam quach. 6. licet c. 29. de script. ecclefiasticis testetur. illos fibi cum aliorum Theophili voluminum elegantia et phrafi non videri congruere. Exflant hodie latine fub Theophili Autiocheni nomine libri quatuor commentariorum fiue potius Scholiorum allegoricorum in integra Euangelia, sed in varia euangelistarum loca. alonge iuniore aliquo scriptore catholico post Hieronymum, et latine, (vt perspicuis argamentis) patet) composita, in quibus illa quidem quae e Theophilo Antiocheno Hieronymus "), fed et multa alia, quae iisdem verbis latinis apud Cyprianum, Ambrofium, Hieronymum ") leguntur, tum mentio de Monachis pag. 170. B. occurrit, vt omittam, auod Christus Deus de deo, deus et homo in vos persona p. 174. A. et G. 175. D. iis verbis describitur, quibus id Theophili aetate vix a [P] quoquam factum. Vtique igitur adsentior Cotelerio "), Tillemontio dd) et aliis viris eruditis, qui hos Commentarios Theophili Antiocheni effe negant, licet ex Theophili commentariis ab Hieronymo lectis et aliis perantiquis feriptoribus excerpta continere mihi perfuadeam; vnde non mirum, in illis reperiri, quae eum Theophili libris ad Autolycum et aliis vetustifiimis monumentis conueniunt, vt monet Richardus Simon libro 3. hift. criticae N. T. p. 7. Editiones horum Commentariorum nullas comperi, nisi quae in bibliothecis patrum exstant Paris. 1508. 1609. 1654. Colon. 1618. et Lugd. 1677. cuius postremae editionis paginas paullo ante citaui. Fabr. Practerea Fabr. in bibl. gr. XII. pag. 655. "de Theophili, aiebat, Antiocheni commentario in Euangelium hace Zachariae Chry fopolitani adferibere iuuat, tom. 19. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 738. Non absonum videtur, euangelium compendiose nos recipere in vno opere Theophili episcopi vel Tatiani seu Ammonii Alexandrini, aut alius cuius libet, congruo componentis ordine, unam ex quatuor narrationem. Idem pag. 472. Ad haec pater Hieronymus in homilia de villico iniquitatis, introducens Theophili expositiones, hanc eine laudem adiecit; Theophilus antiochenae ecclefiae septimus post Petrum apostolum episco-

fuerit sufficatus, annon hoc ipsum clauis illius specimen idem suerit cum illo, de quo nunc disputatur, neei iroquiere Geë libro, quam coniecturam alio tempore in peculiari libro se vberius expositurum este promisit, cui tamen promisso, quantum equidem noui, nunquam stetit. Keil.

i) Cum S. Iohannem commemoret Fabricius, vix licet dubitare, cum de Iohanne, apoftolo, cogitasse. Verum satis constat, hac de re inter antiquiores iam scriptores non vnam eandemque sententiam obtinuisse. Iohannis quidem discipulum eum fuisse, omnes concedunt, sed quinam ille fuerit, de to diu iam est litigatum, et etiamnum inter viros doctos ambigitur, aliis quidem de Ioanne, apostolo, aliis vero de seriore quodam Ioanne, presbytero, cogiuntibus. Ac Irenaeus quidem, qui primus huius rei testis extitit, l. V. 6. 33. quanquam non diferte declarauit, cuiusnam Joannis discipulus fuerit Papias ille, tamen haud dubie de Ioanne, cuangelista, cogitauit, cum eodem in loco, in quo Ioannis auditorem eum fuisse tradit, addat simul, Polycarpi quoque sodalem cum fuisse, quem alibi diferte Ioaunis, apostoli, discipulum fuisse narrat. Hincque etiam hac Irenaci,

Digitized by

152- Lib. V. c. I.

DEPERDITI SCRIPTORES SEC. II.

Vol. V. p. 185

Smyrnae Polycarpus, martyrium Pergami obiit¹), telle auctore Chronici Alex. p. 258. Confer Henschenium 22. Febr. Eius libri quinque Loyiav Rugianaiv Egnynozaes, sue et Hieron, c. 18. de script. etcles.^m) explanationis sermonum DOMINI, magnam partem constabant dictis, quae ab apostolis vel apostolicis viris sceminisque vtcunque accepta meminerat. Vide Eusebium III. 39. hist. qui ex illo ipso tamen opere ait apparere quod suerit opósea panegos rov vev, valde exili iudicio^m). Adde Casaubonum XVI. 69. od Baron. [stemque Lardnerum in: der Glaubwürdigh. euang. Gesch. part. 11. vol. 1. p. 183. fq.] Ex labro primo verba quaedam adsert Maximus ad Dionysii c. 7. de coelesti Hierorchia tom. 1. p. 32. [Ex quarto

naci, vt videtur, auctoritate moti, id iplum deinde repetierunt Hieronymus in Epist. ad Theod. Anastasius Sinaita, S. Maximus, Andreas Caefariensis atque Occumenius cum antiquis martyrologis Beda, Vluardo, Adone, Notkero, et recentiorum scriptorum fere plerisque. Eidem gamen sententiae inter antiquiores iam obstitit Euseb. Hift. eccles. I. III. c. 39. vbi negat, ipfum Papiam vilius Apostoli spectatorem se acque auditorem fuisse professium, sed Aristonis potius ntque Ioannis, presbyteri, auditorem eum fe dixiffe. monet. Quod, fi non ex iis, quae post recitat, Papiae verbis concludendo magis fibi vifus eft ingellexiffe, quam en diserta eius professione haufit, non video equidem, quo iure hoc ipfius, Papiae testimonium in dubium possit vocari, hincsue parum abfuerim, quin cum Dodwello in Differt. 1. in Iren. §. 3. Ioannem, apostolum, cum Iosane, presbytero, ab Irenaco commixtum fuisse statuam. Accedit vero, quod et alia sunt, quae, quo minus nostrum cum Ioanne, apostolo, versatum fuisse credamus, impedire videntur, de quibus, meo quidem sensu, omnium optime exposuit Ceillier in Histoir. gener. des Auteurs eccles. tom. 1. p. 683. Qui plura de hac re cognoscere cupit, is, praeter scriptores, a Fabricio et nobismet ipfis iam laudatos, adeat Grabium tom. 11. Spicileg. PP pag. 26. Jq. Du Pinium in Nouvell. biblioth. des Auteurs eccles. tom. I. . 53. et Gallandum in Proleg. ad tom. I. bibl. PP. c. X. S. I. p. LXVI. Keil.

k) Confer Tillemontium et Caucum in Papias vita. Halloixium tom. 1. pag. 651.

1) Huius tamen rei cum nulla plane in Graecorum Menaeis atque Menologiis vestigia occurrant, alii quidem de veritato huius narrationis prorsus dubitarunt, alis vero dixerunt, nomen eius antiquioribus quidem temporibus vtique in martyrum tabulis scriptum fuisse, sed postea ob

vnam alteramue ipfius opinionem, olim quidem fatis communem, post vero ecclefiae minus probatam erasum fuisie; quod tamen quo auctoro dixerint-equidem non video. Certius vero hoc est, Papiam nostrum apud Photium cod. CCXXXII. a Stephano Gobaro etiam martyris nomine infigniri. Cfri poterit hac de re Sam. Basnagius in Annal. polit. eccl. ad au. CXVII. tom. II. p. 35. Keik

m) Idem Hieron. epift. 28. ad Lucinium - fanforum papiae et polycarpi volumina falfus ad te romor pertulit a me effe translata, quia nec otii mei nec virium est tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate. Elogium Papiae apud Euseb. III 36 quod fuerit arme ra אמידם לאי גאיאלאדם אסיושדמדם אבן עפמראב הלאאשי, Inspectum et Valefio et Antonio Pagi ad A. C. 116. n. 3. quis in pluribus codicibus et in Rufini versione defideratur. Fabr. Cum Valesio hac in re fecerunt ctiam Roeslerus in Bibl. PP. vol. IV. pag. 85. et Stollius in : Freymüth. Vnter/uchungen, die Offenbahr. Johann, betreffend. p. 81. itemque in ipla Eusebii editione, in que verba ista e textu proscribenda iudicauit, arque Frid. Münterus in laud. Fragm. PP. Graecor. Fafc. 1. p. 13. [q. Contra vero Sec. 11. tom. 1. p 28. et Guil. Caucus in Hiftor. litter. fcript. ecclef. tom. I. p. 48. alique plures. Keil.

8) Quod fane abunde declarauit co, quod non tantam fe ex libris aliorum stilitatem capere poffe iudicauit, quantam ex hominum in vita adhuc fuperstitum, visa voce, hincque eiusmodi hominum de Iesu et Apostolorum sermonibus narratiunculis cupide inhiauit. Neque minus tamen aperta exilis iudicii eius documenta sunt, quas teste Irenaco adu. haer. I. V. c. 33. de regni millenarii gaudiis scripsit, quaeque, narrante Apolinario, Occumenio atque Theodoreto, de Iuda proditore in libris istis tradidit. Keik

Digitized by Google

Vol. V. p. 1857 186

SCRIPTORES DEPERDITI SEC. 11.

quarto autem libro nonnulla referent Irenaeus I. V. aduer f. haer. c. 39. et Theophyl, in AS, apost, c. 1. Neque aliunde profecto, quam ex iisdem libris hausta esse videntur, quae ex hoc fcriptore proferant Andreas Caefar. in Apoc. c. XXXIV. Sorm. XII. Apollinar. in Caten. biblioth. Coislin. et Occumenius in Comment. in Acta apoft. c. 2, quaeque ex codice biblioth. Bodlei. in Incem edidit Grabius in Spicileg. tom. II. pog. 34.] Alia Papiae fragmenta vide collecta ab Halloixio in Papia'e vita tom. 2. firiptor. oriental. pag. 647. [q. et a Grabio tom. 2. fpicilegii Patrum pag. 30. fq. [et ex his repetita a Gallando in Biblioth. PP. tom. 1. p. 316. /q. His vero fragmentis nouum aliquod, e duabus catenis in biblioth-Anglic. et Venet. desumtum mortemque Iudae Iscariotae exponens, fibi addidiffe visus est Frid. Müntenus in Fragment. PP. Graecor Fase. I. pag. 17. fq. Verum non animaduer. tit Vir doctus, dudum excerptum fuille a Theophylacto in Commentar. in Act. Apolt. e. I. qua de re vid. quae notata sunt in Ephem. Goetting. litter. an. 1788. pl. 124. p. 1245. Contra vero omnino possent nouis quibusdam particulis fragmenta haec augeri, fi probanda estet Guil. Cauei suspicio in Hiftor. litt. feript. ecclef. 1. 1. p. 49. proposita, qua statuit, non modo illa fragmenta, quae Iren. 1. 1. c. 45. ex presbyteri cuiusdam ore referat. fed et celebres illos lambos, qui apud eundem lib, 1, c. 13. leguntar, Papiae nostro in acceptis esse referenda; de quo quid flatuendum videatur, doctioribus decernendum relinquimus, de Iambis illis infra adhuc plufibus dilputaturi. Quod verum integrum Papiae librum Nicephori atque Trithemii actate adhuc extitiste, ex hulus vtriusque scriptoris narratione fibi intellexiste vifi funt Halloixius atque Dupinus, id, quanquam magno his viris, nec fine omni forfitan ratione, vitio verterunt Caueus atque Fabricius in Nott. ad Trithem. tamen non videtur ab omni verisimilitudinis specie abhorrere, si sides habenda est auctori Inventarii rerum in Sacristia ecclesiae Nemausiensis reperiundarum circa annum Chr. MCCXVIII. confecti et a Menardo in Histoir. eiuil. eccles. et litter. de la ville de Nismes, (Paris. 1750. 4.) tom. I. editi, in quo pag. 67. Document. haec leguntur: Item inueni in claustro - librum Papie, librum de verbis Domini. Keil.]

Ab hoc Papia regni piorum in terris millenarii adsertores dicti Papianistas ") 1.5. cod, de Haereticis, ve notatum Cotelerio tom. I. monum. ecclef. graecae p. 765. Et Papiam in catalogum haereticdrum retulit Bernardus Luzemburgicus libro III. A Cerinthi craffo chilialmo longe tamen abfuille Papiam, cumque eo facientes plures antiquos ecclefiae doctores, difputat D. Petersenius in nube testium de regno CHRISTI lib. 2. pag. 73. scq. Vide etiam Nourrium [P] Adparatu ad bibl. Patrum libr. 2. diff. I. [Cferri etiam poterit El. Weihemaieri Diff. Papias Hierapolitanus in Afia Episcopus antiquissimus ex historia exclefightica rerrae (entatus. Witteb. 1694. 4.], Allegatur Papias ab Anonymo Graeco in Combefiin manipulo rerum CPol. p. 22. Alius Papias cum Onefimo martyr Romae, de quo Hen-

sententiam a se defensam in haereticorum numerum relatus eft, cum, wt fatis nunc inter viros rit, qui eam defenderet, sed communis ea ple- part. II. pag. 233. Keil. rorumque fere antiquioris acui doctorum fuerit Vol. VII.

o) Quo tamen nomine non maiori profecto iure opinio, qua de re vid. quae nuper disputanit adpellati funt, quam ipie Papias propter hane Celeb, Münscher in Handb. der christl. Dogmengesch. Vol. II. p. 438. fq. itemque in peculiari Commentat, inferte Henkii: Magazin für doctos constat, neque primus, neque solus sue- Religionsphil, Exeg. und Kirchengesch. Vol. KI.

fchenius

Alios

Schenius 16. Febr. Alius denique Papias glosfarii latini auctor, clarus circa A. C. 1063? de quo dixi in bibliotheca latina, [libr. IV. e. 7. itemque in bibl. lat. med. et infim. "actat. vol. V. pag. 576. De eodem effetur etiam Cal. Oudinus in Commientar. de Scriptt. etclef. tom. II. pag. 621. fq. Alius item: Papias, Laodicenus, medicus, "cum fratre eiusdem nos minis, de quibus vid. nostrum infr. Vol. XIII. p. 357. edit. antiq.]

2. QVADRATVS, polt Publium, martyrem, Atheniensis ")' episcopus, quem licet apostolicis temporibus proximum non minus fallo aliqui per angelum Philadelphiensis ecclefiae 1), quam fub angeli ecclefiae Pergamenae nomine Papiam in S. Johannis' Apocalypfi intelligi fibi perfuaferunt: Hadriano imp. circa A. C. 123.7) Atlienis Ilemein exigenti libruin pro religione nostra obtulit, e quo fragmentum feruauit Eufebius VV. 3. hift. vnde id repetunt Hieronymus de feript. erclef. o. 19. Syncellus p. 348. Nicephorus III. 21. hift. alique, [inter quos e recentioribus pertinent Grabius 1. 1. pag. 125. et Galland. in Bibl. PP: tom. 1. pag. 330] Ex Quadrato etiam nonnulla produxerat Eusebius, feculo VI: episcopus Thessalonicensis, libris X. contra Andream Monachum, tesse Photio cod. CLXII. 3 Confer Halloixium et Chueum in Quadrati vita, Henschenium ad 26 Maii, tom. 6. p. 557. Ig. qui Quadratum .: Magnefiae' episcopum et fub Decio martyrem, a nostro') recte distinguis Ittigium diff. de Patribus apostolicis p. 166, feq. et Grabium tom. 2. spicilegii p. 116, fq. qui contra Valesium, Lemonium Tillemontium aliosque probe observat, non esse distinguendos velut duos Quadratos, vnum Apoftolorum difcipulum, prophetico chrifinate ornatum, [Eufeb. H. E. I. 111. c. 37. et V. c. 7.] auctorein Apologiae et illum, de quo Dionyfius, Corinthius, apud Euleb. IV. 23. epileopum Athenarum; [quod ipfum praeter Grabium docere etiam Sudverunt Caveus 1. 1. p. 52. atque Dallacus de script. Dionys. Areop. 1. 1. Nihilominus tamen res haee nondum fatis euicta videtur Lardnero in: Glaubw. d. euang. Gefth. part. II. vol. I, p. 550. et Roeslero in Bibl. PP. vol. IV. pag. 24. Sed putaverim tamen, Hieronymi auctoritatem hac in re multo potiorem iudicandam effe omnibus ratiunculis a fententiae huius defensoribus in contrarium allatis. Keil.]

(p) Dionyfius Corinth. apud Eufeb. IV. 23.

a) Guius sententiae prima vestigia reperiontur apud Nicolaum Lyranum in cap. 3. Apocal: vbr dicunt, inquit, expositores communiter, quod ifte fuit Quadratus, fed nullum, qui ita flatuc. rit, nominatim commemorat. Post tamen idem -defendit Halloixius de scriptor. Orient. tom. I. in vit. Quadr. c. 21 Quam parum vero hace fententia probabilitatis habeat, ipprimis beneide-... monstrauit Grabius tom. II. Spicileg. p. 121. [q. Keil.

r) Hic igitur in tempore huius rei definiendo -Dallacum seguitur noster, qui et ipse in libr. de foriptis Dion: Arson, L. 1. 8. 13. pag. 83. eidem regnante adhuc Hadriano, cuius rei memoriam anno apologians hane adfignat. At in Delett. argum. 3 Gracci quidem d. 21. Septembr. Latini vero d. # Syllab, feript. de verit. relig. chrift. p. 156. 26. Maii celebrant. Cfr. quae de hoc martyrio pro anno 123. nelcio quo auctore, commemorat cius notauit Cyprianus ad Hieron. de fcriptor. potius an. 131. Sed multo potior effe videtur Gra- occlef. c. 19. in Fabric. Biblioth, ecclef. pag. 86. bii sententia, qui l. l. p. 122. sat commodis ar- Keil.

gumentis enicit, cam anno potius 126, Hadria, no traditam fuisse, eandemque sententiam' sequuntur etiam Pagius in Crit. Baron. ad an. CXXVI. (. [11. IV. et Gallandus in Proleg. ad tom. I. bibl. PP. pag. LXXIII. Keil.

s) Practer hanc vero apologiam alium adhuc librum Syngrammatis titulo infignitum Quadra. tum composuisse ex Eusebii Hist. eccl. 1. IV. 3. loco leuiter inspecto sibi intellexisse visi funt Centuriatores Magdeburgenses, quorum tamen errorem practer alios iure caftigauit Caucus in Hiflor. litter forigt eccles. 1. I. Keil.

(i) Qui tamen et iple dicitur martyrium subiisse

Digitized by GOOg

Vol. V. p. 108 7 187

SCRIPTORES DEPENDITI SEC. II.

Lib. K. c. I. 155

Alios complures Quadratos, in veterum monumentis obuios, refert Lemonius prolegomenis ad Varia facra, * 9. [itemque Halioixius de scriptor. orient. tom 1. pag. 690.] De nostro autem adscribere iunat locum Hieropymi epist 84. ad Magnum oratorem, quo alii etiam Apologiarum pro Christianis scriptores celebrantur: Quadratus Apostolorum disciputus et Athenisnsis pontifex ecclesiae, nonne Adriano principi Eleusinae sacra inuisenti librum pro nostra religione tradidit, et tantas admirationi ounibus suit, ut persecutionem grauissimam illius excellens sedaret ingenium.

3. ARISTIDES, Athenienfis, philosophus, vir eloquentifimus, eodem quo Quai dratus tempore Apologeticum pro Christianis Hadriano, imp., Eusebio teste in Chron. et IV. 3. histor. obtulit, magnam partent contextum sententiis philosophorum, quem imitatus postea Iustinus, vt scribit Hieronymus epist. 84. ad Magnum. Martyrologium [P] Rom. 31. August. addit Aristidem quod Christur Iesus folus essente ipso imperatore, luculentifime perorasse. Confer quae de hoc Aristide aliisque eius nominis dixi supra lib. IV. c. 30. [Vel. VI. p. 39. edit: recent.] In praesenti adscribam tantum haec Colomesii in paralipomenis de scriptoribus estelestasticis: Aristidis Apologetici fragmentum de Diemysio, Areopagita, adsert V suardus (et Ado 3. Oct.) in martyrologio e Menologio Gráecorum. Ex quo, iure mihi videor colligere, a vero prorsus non abhorrere, quod refert clariss Guilleterius in Itinerario gallice scripto, nempe apud quosdam Calogeros, qui proxime Athemas in momasterio Midelli habitant, extare Bibliothecam, in qua Aristidis Apologiam latitare credebatur. Cum hoc non confundendus Aristides, cui Iulius Africanus saeculo tertio dicauit Harmoniam genealogiarum CHR/STI apud Matthaeum et Lucam, teste Eusebio VI. 31. Hieronymo c. 63. Photio cod. XXXV.

4. AGRIPPA CASTOR, sub eodem Hadriano clarus, scripferat #AeyXer Gnostici haeretici, Basilidis, eiusque filii, Isidori *). Vide Euseb. IV. 7. hist. Hieron. c. 21. de script. sccl. *) et indiculo haeres. c. 2. Theodoritum lib. 1. de haeret. sab. c. 4. Alius suit Castor, V 2 Rhodius

a) Huius quoque refutationeu Agrippam edidiffe, non fatis accufate fcripfit nofter. Etenim Eufebius quidem et Hieronymus folum Bafilidem ab eo dicunt fuiffe refutatum. Theodoretus autem, poftquam et patrem et filium loco a noftro allato commemorauerat, in vniuerfum deinde monet, contra vtrumque decertaffe Agrippam, cognomento Caftorem, Irenaeum, Clementem et Origenem, quo non videtur fignificare voluiffe, fingulos contra vtrumque calamum ftrinxiffe, ideoque, quae nofter habet, parum certa fide nituntur, hincque iure fuo cautius hae in re verfatus eft Caueus in Hiftor. litter. fcriptor. scclef. tom. I. p. 57. Keil.

v) Quem, cum scribat nunc: Agrippam aduerfum viginti quatuor Basilidis volumina, quae in euangelium confecerat, fortissime disseruisse,

recte monet Fabricius nofter in not. huic leco subiecta, non satis accurate Eusebii vestigia secutum effe. Eufebium enim non dicere, Agrippant Asyxor fuum illis XXIV. Bafilidis libris oppoluiffe, et hos ex inflituto ibi confutaffe. Nam profecto cuilibet, Eufebii verba accuratius infpicienti atque examinanti, sponte in oculos incurrat necesse est. istum Agrippaç they to non adversus ipfos illos Bafilidis XXIV. Euangelii libros fcriptum, fed in co horum librorum mentionem tantum factam fuisse, Postquam enim hunc ixaruraror, vt dicit, אתדע Basihads they zor, quo דאי למיידאדת דאה ד' מיdoos yonraas revelauerit, commemorauerat Eusebius, hace deinde subiungit : inquirur vir auri, ra anobentu, Onoir autor, de mer to everythior, the. σαρα πρός τοις άχοςι συντάξαι βιβλία x. λ. Quare profecto mirandum eft, vno Io. Geo. Walchio in hiftor. ecclef. N., T. p. 811. Seq. excepto, omnes fcri-

Digitized by GOOGLE

156 Lib. V. c. I. SCRIPTORES DEPERDITI SEC. II.

Vol. V. p. 187.

Rhodius $\chi govoy ga \phi es$ Apollodoro in bibl. [1. 11. 1. 3. Iofepho et pluribus feriptorum ecclefiasficorum] laudatus, de quo Ionfius lib. 2. de feriptoribus histor. philos. c. 15. [itemque ii, qui supra sunt laudati, 1. IV. c. XXXIV. vol. VI. pag. 126.] Alius Castor, Deiotari gener, de quo P. Baelius in Lexico historico, voi de Deiotaro, nota N. Alius Antonius Castor, botanicae rei cultor peritissimus, Plinii maioris aequalis, quem vide XXV. 2. et XX. 17. Alius denique Castor, sub Valentiniano tortus et exustus, teste Ammiano XXIX. 5.

5. ARISTO ex Pella, Palaestinae opido, Iudaeus atque inde Christianismi aduersus Iudaeos propugnator "), imperantibus Hadriano et Antonino, pio, clarus, scripsit, teste S. Maximo ad Dionys. c. i. de mysica theologia tom. z. p. 17. dialetter ") Mariores regi Iasapos, qua Iudaeum Alexandrinum, Papiscum, cum Christiano Hebraeo, Iasone, (incertum an illo ") cuius Act. 17. 5. et Rom. 16. 21. mentio,) disputantem ac denique conuictum et ma-

scriptores recentiores Hieronymi potius, guam Eusebii, cui ipse Agrippae liber ad manus fuit, vestigia hac in re secutos, rem hanc fic exposuil fe, vt Agrippae confutationem haec ipla Bafilidis BiBlie Spectasse defenderent, quo pertinent v. c. Caucus I. I. Gallandus in Prolegg. ad Biblioth. PP. tom. III. pag. 73. et, quod vix experialles, etiam Chr. Fr. Guil. Walchius in histor. haeres. tom. I. pag. 308. Quae cum ita fint, plane non licet definire, vtrum haec Agrippae confutatio ad certos quosdam Bafilidis libros, an ad ipía eius dogmata et instituta speciauerit, quanquam posterius Eusebii atque Theodoreti verbis priore multo conuenientius esse videtur. De ipso vero libro praeter ea, quae Euseb. I. I. ex illo refert, quaeque Gallandus etiam Biblioth. suae tom. I. pag. 330. inferenda putauit, nihil amplius ad nos confat, cum totus perierit. Keil.

w) Qua fide noster hoc, praecuntibus fere omnibus reliquis, qui de scriptoribus ecclesiasticis exposuerunt, tam confidenter defendat, non ausim equidem definire; cum nullus veterum scriptorum hac de re quicquam ad nos retulerit. Neque enim Eusebius atque Maximus, qui soli eius mentionem iniiciunt, quicquam aliud de co tradunt, nisi vnum hoc, eum ex Pella fuisse oriundum. Qua vero conditione víus et quo munere funcus fuerit, de co prorfus tacent. Cum igitur in Conflitutt. apoff. 1. VIII. c. 64. Anter Smyrnensis ecclesiae episcopos duorum Aristonum, prioris atque posterioris, nulla camen patriae ipforum fignificatione addita, mentio fiat, nelcio equidem, annon de horum posteriore et hic possit cogitari, vt non male suspicatus iam est Autor Magn. Biblioth. coclef. vol. 4. p. 564. lieet hec.

in dubium vocare studuerit Grabius in Spicileg. PP. tom. 11. pog. 127. consentientemque secum nactus etiam suerit ipsum Fabricium in Syllab. feriptor. de verit. relig. christ. c. 3. §. 2. pag. 152. Keil.

x) S. Lucae illam διαλεξαν tribuit Clemens fexto Hypotypofeon, teste codem Maximo. Fabr. Qua in re vel errasse Maximum, vel lectionem eius mutandam esse, nescio, an fatis recte coniecerit Grabius l. l. pag. 130. Keil.

y) Quod omnino fibi perfuaferant Sixtus Senenfis Bibl. fand. lib. II. p. 71. edit. Par. Pamelius in not. ad opusc. de Incred. Iud, inter Opp. Cyprian. Bartoloccius Bibl. Rabb. part. 111. p. a. num. 584. et alii, sed admitti non posse, bene demonstrauit Grabius 1. 1. pag. 120. a quo tamen, post Spencerum in Annotat. ad Origen. contr. Celf. lib. IV. pag. 57 Tillemontium in Mem. ecclef. tom. II. pag. 239. et X. p. 552. et Maranum in Vita Cyprian. Opp. eius prachaa, pag. EXXX. iure suo diffentit Gallandus |Proleg.| ad bibl. PP. vol. I. c. XV. §. 2. pag. LXXV. in eo, quod fictas has personas fuisse statuit. Licet enim hoc in Dialogis non infrequens fit, nelcio tamen, vtrum semper veleat, possique adeo et hic admitti, cum fimilis disputationis, a Chriftiano et Iudaco vere habitae, apud Tertullianum etiam mentio fiat in initio libr. contr. ludaeos, quam iple Grabius in Nott. ad tom. II. Spicil. pag. 240. parum abfuit, quin candem cum hac Papisci et Iasonis disputatione iudicaret. Accedit, quod, vt mox dicam, alia adhuc practer Aristonis nostri librum extitisse videntur disputationis slicuius, inter Papifcum et Iasonem habitae, acta. Keil.

Digitized by 6009

Vol. V. p. 187 2 183

SCRIPTORES DEPERDITI SEC. IL Lib. V. c. l. 157

nus dantem introduxit. Laudant hanc dia her Origenes contra Cellum IV. p. 199. Hieronymus in epift: ad Galatas III. 13. et traditt. Hebr. in Genef. *) Opus ex Graeco latine pridem (circa S. Cypriaui, vt videtur, tempora,) conpertit Celfus quidam (incertum an Iconienfis epifcopus 44), cuius mentio apud Eulebium VI. 19. hift. p. 222.) fed [P] nihil nec de opere, nec de versione exstat praeter interpretis praefationem ad Vigilium, quae legitur inter Opu-Icula S. Cypriano adferipta pag. 30. edit. Oxon, [itemque in Append. p. CCXXXIII. edit. Marani Paril. 1726. ex qua eam recudendam curauit Gallandus I. I. vol. IV. pag. 437.] et pauchlima fragmenta, quae collegit Grabius tom. 2. spicilegii Patrum pag. 131. seq. [repetiitque Gallandus vol. I. pag. 331.] qui etiam ex hac diathéées petita esse putat quae de obsidione Betherae et Iudaeorum post illam expugnatam adflictione ex Aristone Pellaeo refert Eulebius IV. hift. ") Confer etiam, fi placet, quae de hoc scripto Guil. Spencerus

z) Nulla tamen Aristonis, tanquam Auctoris, ab vllo horum scriptorum mentione adiecta. Quare nescio, vtrum haec eadem sit disputatio cum illa, quam ei tribuit Maximus, an vero ab illa diuersa, de quo dubitasse iam videtur Ittigius in loco a noftro infra laud. pag. 96. Caeterum, quod Moshemius in Nott. ad versionem operis Origen. vernac. pag. 430. observauit, autofem huius dialezeus, quoniam Dialogi formam libro fuo inducrit, platonicae philosophiae videri deditum fuisse, id nollem viro doctistimo excidisse. Keil.

aa) Multo confidentius hac de re scripfit nofter in 'Syll. scriptor. de verit. relig. chrift. pag. 153, vbi hace habet: alius haud dubie ab Iconiensi episcopo. Ita autem reste profecto statuit, licet Grabius 1. 1. pag. 130. rem acque incertam dixerit. Commode enim Gallandus monuit in Proleg. bibl. PP. vol. IV. c. X. p. XIX. non debuisse in homine Gracco interpretem Latinum quaeri. Keil.

bb) Qua in re seentus eum quoque est Ceillier in Hift. gener. des Aut. eccl. tom. I. pag. 605. Verum, vt bene monuit Gallandus in Proleg. ad vol. I. I. I. pag. LXXVII. admodum infirmo fundamento haec fuspicio nititur, cum non modo difputationem plane non commemoret Eu. sebius, sed hanc praeterea loquendi rationem vsurpet: 'Apiswr & Mertados isopa, quae profecto hiftoricum potius librum, quam dialogum videtur fignificare. Neque tamen cum Io. Gottfr. Oleario in Biblioth. scriptor. eccl. pag. 76. dixerim: Betherae obsidionem et Iudaeac oppugnationem nostrum scripsifie. Contra vero multo probabi-

que ex Mosis Choren, Historia Armeniaca petito praeclare confirmat, desumta haec esse ex Historia orientali, ab Aristone conscripta. Posset tamen illa Grabii suspicio auctoris Chronici Paschalis forsitan consensu stabiliri. Is enim ad an. 2. Olympiad. CCXXVIII. pag. 255. diferte dicit, Apologiae, ab Aristone editae, in Eusebii histor. eccles. mentionem iniici, his quippe verbis vsus: Τάτφ τῷ έτα Άπελλης και Άρισων, ών μέμνηται Ευσέβιος ο Παμφίλα לד דו לאאאאטנעדואו מטדב ודם. פוֹמָ, וֹהוּסוֹטשטוי מהסאפץומה בטידעצוי הנפו דאה אמשי אָשְמָה SeeveBeas 'Adoury דַשָּ Buoida. Verum Sponte in oculos incurrit, quam exiguam haec narratio fidem merestur, cum Eusebius quidem vnum Apellem haereticum, nuspiam vero Apologetam, commemoret, neque Aristonem apologeticum Hadriano libellum exhibuisse, vspiam tradat, talemque nec in illa Papisci et Iasonis disputatione agnoscere potuerit, sed Quadratum tantum et Aristidem eiusmodi libros apologeticos. Hadriano obtulisse narret. Quare Caueus quidem in Hist. litter. scriptt. eccles. tom. I. pag. 58. Chronographum istum Aristidis atque Aristonis nomina, quae apud Eusebium occurrunt, temere confudiffe, et duos inde scriptores procudisse statuit; Fabricius autem in Syllabo fcriptt. de verit. rel. chrift. l. l. p. 153. locum eius ita fanare studuit, vt pro'Amet-Ans net 'Apisur in legendum effe diceret: o Methaiss 'Agiswr, I, qua tamen coniectura, vt bene monuit Gallandus I. I. nondum omnis loco macula abstergitur, cum nec hoc, Hadriano apologiam pro religione christiana ab Aristone Pellaco oblatam fuisse, vllibi tradat Eusebius. Vnde Gallandus 1. 1. multo profecto felicius, coniecit, vel statuendum esse, pro Aristide et Quadrato, quos lius eft, quod Gallandus. I. & afferit, teftimonio- apologias Hadriano porrexisse Eusebius dixerit, Chro-

> JOOQle Digitized by

158 Lib. V. c. It SCRIPTOR

SCRIPTORES DEPERDITI SEC. II.

Vol. V. p. 188 189

ad laudatum Origenis locum et Ittigius in diff. de patribus apostolicis pag. 91. seq. [praemilla Biblioth. PP. Apostolicor. itemque scriptores supra lib. IV. c. VII. vol. IV. p. 773. et a nobis in antecedentibus laudati.]

6. ABERCIVS, S. Papiae, vt aiunt, in episcopatu Hierapolitano successor, in actis eius, quae graece in Menaeis") et latine exstant apud Lipomannum [Vit. SS. tom. VI.] et Surium ad 22. Octobr. scripfisse fertur dostrinae librum valde vtilem, sine librum de difciplina in presbyterorum et diaconorum suorum vsum. Etiam Epistolam eius ad M. Auvelium imp. spiritum plane apostolicum redolentem, ex graeco Sirleti⁴⁴) codice dare voluit Baronius ad A. C. 163. n. 15. sed elapsam e manibus reperire iterum non potuit. Epistola Antonini ad Abercium legitur in iam memoratis Abercii Actis, Simeonem Metaphraster (vt agnoscit Allatius p. 130. de Simeonibus) auctorem agnoscentibus. Sed illa Acta licet quantius pretii videantur Halloixio in Abercii vita tom. 2. scriptor. oriental. p. 1-152. tamen exiguam fidem mereri, demonstrauit Tillemontius nota 3. ad vitam S. Papiae tom. 2. smemor. hist. cceles. pag. 540. Mentio Abercii Marcelli circa A. C. 230. apud Ensteb. V. 16. Jistor. Sed acta illa de longe antiquioribus leguntur temporibus. Alius Abercius, quem Alphei Apostoli F. aiunt fuisse. Vide Papebrochium tom. VI. Maii pag. 368.

7. HEGESIPPVS ¿ξ' Εβραίων πεπισευχώς fiue ex Iudaeo Christianus, teste Eufebio IV. 22. hist.") atque vicinus apostolicorum temporum, circa eandem, qua Irenaeus, aetatem scripsifie se innuit, defunctus sub initia imperii Commodi, vt ex auctore Chroniizi Alex. observarunt viri docti. Eodem Eusebio IV. 8. teste iv πέντε συγγράμμασιν ivπλανή παραίδοσιν τέ Αποσολικέ κηρύγματος άπλεσάτη συντάξει γραφής ύπομνηματioras. Hieron. c. 22. de script. eccles. omner a passione Domini vsque ad suam aetatem ecclefasticorum Abium texens historias ^B), multaque ad vtilitatem legentium pertinentia hine inde congregans quinque libros composuit, vt quorum vitam settatar, dicendi quoque exprimeret charabierem. Inter scriptores hist. ecclessation et capite primo p. 401 Fragmenta praeclara huius operis, et quod intercidis inprimis dolendum est, ex Eusebio et Photio coltigit Grabius tom. 2. spicilegii Patrum pag. 205-213. et Halloixius in Hegessippi vita tom. 2. operis

Chronographum istum per memoriae laplum Apellem atque Aristonem commemorasse, vel, quod magis probauerim, totum locum eius abiiciendum, cum in codice Holsteniauo recte eum desiderari testetur Cangins in Nott. ad Chron. Pa/ch. 9. 536. Keil.

cc) MSS. corum extant in Biblioth. Vindobon. Caclar. teste Lambecio I. VIII. pag. 253. 259. 262. itemque Coisliniana, auctore Montefalconio pag. 221. Keil.

dd) Baronius, qui Abercium primus latinis inferuit martyrologiis ad 22. Octobr., fcribit, Sirletum illam epistolam in antiquissimo codice vt ingentis pretii margaritam custodiisse. es) Qui tamen hoc non certa historiae fide tradit, sed ex eo tantum colligit, quod ex Euangelio secundum Hebracos, nec non ex hebraica lingua quaedam in medium protulerit. Keil.

ff) Ad quae Hieronymi verba non incommode observat Fabric. in bibl. eccles. nusquam tradere Eusebium, Hegesippum plenam historiam a Christi passione ad sua vsque, quibus scripferit, tempora pertexuiste, sed, quantum ex fragmentis, quae ex illo opere producat, colligi postir, eum Apostolorum potissimum res gestas persequutum esse ac primas ecclesiarum quarundam origines, alia vero parcius attigiste. Keil.

Digitized by GOOS

Vol. V. p. 189

SCRIPTORES DEPERDITI SEC. II. Lib. V. c. 1. 157

operis iam faepe Taudati de scriptorum orientalium vitis, p. 703-715. sitemque Gallandus in Bibl. PP. tom. II. pag. 59.68. qui et Valesii animaduerfiones subiecit, iisque nonnulla. etiam ex aliis defumta, addidit. Singulorum vero fragmentorum argumenta paulo vberius recensure Lardnerus in: Glasbwürdigk. der evang. Gesch. Part. II. vol. 1. pag. 252. et Lumperus in Hiftor. theolog. critic. part. III, pag. 108. fq. Tum vero fuerunt etiam, qui in nonnulla horum fragmentorum peculiaribus scriptis commentarentur, quo pertinent, quae in primum fragmentum, quod de martyrio Iacobi, fratris Domini, exponit, obferuauit Cl. 10. Melch. Faber in Prol. qua Eusebianae de Iacobi fratris Iesu vita et morte enarrationis partes quadam expluantur et defenduntur. Onold. 1793. 4. Idem fragmentum spectant etiam, quae disputavit Franc. Florius in libro sic inferipto: De quodam Hegesippi fragmento, et de nonnallis SS. Patrum locis mendose habtenus editis ac nunc primum mendatis opus ula duo posthuma, quetore Franc. Florio, in metropolitana Viinensium ecclefa Praeposito et Vicario generali. Bonon. 1793. 4. Quam parum vero in iis, quae de-coclesia sona actatis adhuc virgine s. haeresibus nondum conteminata, tradidit, fidem mercatur, pluribus demonstrare conatus est lo Ens in libro: in Hegesippi testimonium de acclefa virgine. Trai. ad Rhen. 1721. 4. Keil.] De Hegelippo vide etiam, fi placet Henschenium ad 7. Aprilis. [itemque Tillemontium in Mem. ecclef. tom. HI. part. I. pag. 79. et 430. Du Pinium in Nou. biblioth. des Aut. exclef. 10m. I. pag. 55. Sam. Basnagium in Annal. polit. ectlef. tom. II. pag. 110. 173. Ceillier in Hiftoir. gen. des Aut. ecclef. tom. I. pag. 100. [q. et Gallandum in Proleg. ad Bibl. PP. tom. 11. pag. VII. [q.]

Io. Maria Vincentius [in libro : 11 Meffic Venuto, historia spiegata e prouata a gli Ebrei in cento d'scorfi, Venet. 1659. fol.] incerta fide quaedam de S. Simeone allegat ex Hegelippi libro de supplemento euangelicae veritatis, de quo vide Wagenseilii tela ignea Satanas pag. 420. 424 seq. et Allatium de Simeonibus pag. 2. De liberiore versione latina librorum Iofephi de bello Iudaico, quae corrupto Iofippi nomine in Egefippum vulgo refertur, non repetarin, quae dixi lib. IV. c. 6. §. z. 58) sed tantum addam, quod Carolus Daubusius lib. t. de tessimonio Iosephi de CHRISTO. p. 16. tessatur perinde vt in Ambrosianae biblioth. codice, quem infpexit Mabillonius, sic etiam in codice Cantabrigiensi ad extremum sibri primi exstare haec verba: Bentissimi Ambrosii translatio ex losepho, liber primus explicit.

gg) Quae tamen in hac nous editione reche sunt omissa, cum non ad graecam, sed latinam potius Bibliothecam pertineant, facileque cuilibet in oculos incurrat, istum Hegelippum, fi quidem extiterit aliquis hoc nomine infignitus et a Iosepho diuersus, nullo plane iure eundem cum nostro posse indicari. Quare nec nos plura nune de hoc. librorum de bello iudaico scriptore obfernanda putavimus, fed lectores noftros ablegan: losippi de excidio Hierofolymitano historia S. Amdos potijus censemus ad ea, quae de illo, practer Fabricium in Bibl. Lat. vol. 111. l. IV. c. 3. p. 440. et in Biblioth. Lat. med. et infim. aet. vol. III. p. 582. fq. disputarunt Caucus in Hift.

litter. Script. etclef. vol. I. p. 265. Tillemontius in Memor. ecclef. tom. I. P. II. not. 49. ad-vit. Petri, pag. 181. feq. Du Pinus in Nouv. Biblioth. des Aut. eccl. tom. I. p. 3.3. fq. Oudinus in Comment. de script. eccl. tom. II. p. 1026 seq. et Gallandus in Proleg. ad bibl. PP. tom. VII. c. XX. vbi exhiberur Alex. Symmachi Mazochii peculiaris Differt. qua Egesippi s. verius Exbrosio restituitur, ex Ei. Commentar, in Kalend. eccles. Neap. vol. III. pag. 780. sq. depromentet in breuius contracta. Keil.

Fuit

Digitized by GOOGLE

160 Lib. V. c. I. SCRIPTORES DEPERDITI SEC. II.

Fuit et Hegefippus Tarentinus mediae poeta comoediae, de quo dixi lib. II. c. 28. [vol.-W. p. 477. edit. recent.] et Hegefippus Halicarnaffenfis, strategus, memoratus Diodoro Sic. lib. XX. p. 786. De Hegefippis tribus 1. Historico, 2. Oratore, cui orationem de Haloneso tribuunt, et 3. Scriptore du aerus view, vide Vossium III. de hist.graecis p. 371. [q.

8. CLAVDIVS APOLLINARIS, Hierapolitanus in Phrygia epifcopus, nacenti circa A. C. 171. Montaniflarum haerefi fe oppoluit, nec multis annis post diem obiit fupremum. De illo videndi praeter Halloixium [tom. II. in vitis fcript. orient. p. 790. fqq.] Tillemontius tomo 2. memor. hist. eccles. parte 3. p. 89. fq. et Bollandus ad diem septimum Februarii, [tom. 2, pag. 4. fqq.] licet Baronius in martyrologio suo Apollinarem hunc ad diem octauum Ianuarii retulerit. [His addi possunt Caucus in hist. litter. scriptt. eccl. tom. I, pag. 67. Lardnerus in; Glaubwürdigk. der evangel. Gesch. part. II. vol. 1, pag. 500. seg. Ceillier in Hist. gener, des Aut. eccles. tom. II. p. 83. fq. et Gallandus in Proleg. ad bibs. PP. tom. I. pag. CXX.] Interciderunt eius.

Infigne volumen pro fide Christianorum ad M. Antoninum Verum. Hieron. c. 26. de fcript. sccl. et Euseb. 1V. 27. hist. vbi post vocabulum $\lambda ó \gamma os$ videntur excidisse verba úmèg tifs misseus, ex Hieronymo et Nicephori IV. 11. supplenda. [Nisi dicere malis ea ex Capite superiori cogitando esse repetenda. Aperte enim Eusebius, cum inter scripta Apollinaris primo loco commemorat $\lambda o \gamma ov t v m goos t v m goosgn µévov βασιλέα, ad ea respicit, quae iam$ $superioris capitis initio dixerat, Melitonem nimirum et Apollinarem edidisse <math>\lambda o \gamma s s$ úmèg tifs $\pi i 5 \varepsilon w s a mo \lambda o \gamma i a s$. Caeterum in hoc scripto illud forsitan occurrit, quod Euseb. hist. eccles. 1. V. c. 5. de victoria per legionem Melitinam, fulminatricem post dictam, ab Antonino reportatam, ex Apollinari nostro refert, vt non immerito iam suspicati funt Tillemontius et Ceillier 1. 1, cc. Keil.

Aduersus gentes libri V. Euseb, Hieron. et Niceph. qui dialogi more scriptos innuit. Legit et Photius cod. XIV.

De veritate libri III. Euseb. Hieron. et Niceph. Incertum num idem opus sub titulo megi evselbeias xoù adm9eias legerit Photius, an diuersum suerit de pietate megi evselbeias, [quod statuerunt Halloixius 1. 1. p. 796. et Gallandus 1. 1. p. CXXII.] atque idem forte cum illo úmèe ris miseus iam memorato. In his scriptis inter alia catholicam dostrinam [P] de CHRISTO anima humana praedito adserverat, vt testatur Socrates III. 7. hist; sitemque Niceph. 1. X. c. 14.]

Contra Iudaeos libri II. Eufeb. et Nicephorus. [In nonnullis tamen Eufebii codicibus horum librorum mentio prorfus defideratur, vnde verba illa: medes Iudaiss medirov ned devregov a librario quodam moleke fedulo addita fuisse, se iudicaturum fuisse medirov strothius in Nott. ad h. l. eaque e textu eliminaturum, nisi, vt addit, fieri quoque potuisset, vt errore circa homoeoteleuta admisso omitterentur. Posset tamen ad illorum codicum auctoritatem tuendam et hoc commemorari, quod horum librorum nec ab Hieronymo vlla mentio iniicitur, nisi iam plane in obscuro relinqueretur, vnde tandem horum Hibrorum mentio orta fuisset.]

Contra Montanistarum nascentem haeresin epistolae **). Euseb. IV. 27. et V. 19. hist. Theo-

hh) Miror nostrum has epistolas dixisse, cum aliter videatur statuisse. Ibi nimirum cum Hietamen ad locum Hier. c. 26. de scriptor. eccles. ronymus verba Serapionis, quae apud Euseb. hist. sccles.



Vol. V. p. 100

Theodorit. III. 2. de haeret. fab. Hieron. de S. E. c. 41. vbi de Serapione et e. 26 vbi de hoe ipfo Apollinari. Aduerlus eosdem etiam Concilium Hierapoli celebrasse traditur. Vide tom. I. Contilior, edit Labbei pag. 599. [Adde Baluzium I. I. pag. 5, (cuius observata repetiit etiam Manfi in Collect. concil. tom. I. pag. 691.) Tillemontium 1. 1. tom. 11. p. 422. Caucum 1. 1. tom. I. pag. 97. et Chr. Franc. Guil. Walchium in Hift. Concil. p. 83.] Cacterum auctor innominatus, cuius fragmenta contra Montanifas ex libris tribus ad Aber. cium Marcellum apud Euseb. V. 16. leguntur, non Apollinaris est "), vt [post Rufinum, Nicephorum, auctoremque libelli fynodici et inter recentiores Baronium ad cm 179. 6. IX.] perfualum etiam Baluzio p.5, feg. nouae collectionis Conciliar., [atque Le Qu'enio in Orient. Chrift. tom. I. p. 833.] neque Apollonius 44), de quo Euseb. s. 18. neque ve Valesio et pluribus aliis placuit ASTERIVS VRBANVS, qui pag. 182. apud Eusebium tantum vt tessis ab illo scriptore adducitur "), vt Dodwellus "") diff. IV. ad Irenatum §. 38. recte obferuauit : [pluribusque demonstrauit Frid. Andr. Strothius in Nott. ad Euseb. loc. cit.] fed alius, qui scripsit non ante A. C. 212. post Montanum iam defunctum, sine Rhodon (quem aduersum Phrygas infigne opus edidisse Hieronymus s. 37. tradit, st c. 39. Miltiadis in illo meminisse testatur **), siue alius °°).

Contra

scclef. l. V. c. 19. graece ita habent: πίπομφα νμῖν ng) Κλαυδία 'Απολλιναρία τῶ μαπαριωτάτα τῶ γενομένα iν 'Isgaπόλα τῆs 'Λείαs ἰπισκόπα γράμματα, latine fic expresseries: misi vobis Apollinaris beatiffini, qui fuit in Hierapoli Afiae epifcopus, litteras, in nota diferte monet, malle se voc. γράμματα reddere foripta, quam litteras cademque in re secum consentientes etiam habet Baluzium in Nov. Concil. collest. pag. 6. et Gallandum l. l. pag. CCXXI, frustra in contrasias partes abeunte Ceillierio I. l. p. 85. qui latina, vt videtur, Eusebii versione seductus, (Valesius enim acque ac alii isud vocab. γράμματα per litteras reddidit,) ipsum hune virum, dicit, epistolas Apollinaris commemorare. Keil.

 ii) Cuius fententiae fundamenta in eo potifimum pofita funt, quod Apollinaris, Eufebio tefte, fectam istam co tempore feripto impugnauit, cum primum enasci coepisiet, iste vero Anoymus librum suum, vt ex his ipsis fragmentis ab Eufebio feruatis intelligitur, post Montani demum, Maximillae et Theodoti mortem, adeoque multo ferius, composuit. Keil.

kk) Cuius fententiae multis, admodum tamen fallaci illis fufpicione ductis, fuiffe vifus eft Hieronymus de *[cript. ecclef. c. 40. Kiil.*

 I) Quare nullo modo pro auctore huius operis
 haberi poteft, nifi verba: iν τῷ αὐτῷ λόγφ κατά
 'Astguor OigBarier cum Valefio ad Eufeb. et Gal-Vol. VII.

lando in Proleg. ad Bibl. PP. tom. III. c. 11. p. XI. pro scholio vel Eusebii, vel veteris alicuius librarii habere velis, cuius tamen suspicionts ne leuissimum quidem adest indicium. Imo haec verba, vt bene iam vidit Gottl. Wernsdorsius in Comment. de Montanistis sec. II. vudgo creditis haereticis, p. 4. not. 8. haud obscure videntur declarare, istum Asterium Vrbanum ipsum susse for sussimation, inque secase sus gratiam Apologiam scripsisse. Omnino enim, quinam fuerit iste Asterius, in altissimo veterum de co filentio nos totos sugit. Keil.

mm) Qui olim ipfum Afterium horum fragmentorum auctorem iudicauerat Differt. IV. Cyprian. S. XI. p. 44. Keil.

nn) Quod ipfum anonymum etiam iftius libr. auctorem fecifie diferte tradit Eufeb. c. XVII. init. vnde profecto perquam probabile redditur, Hieronymum hunc ipfum Rhodonem fragmentorum ab Eufebio exhibitorum auctorem habuiffes qua in re recte eum videri iudicaffe, in Nott. ad cap. XXXIX, ftudiofe defendit Erneft. Salom. Cyprianu4, habetque fane hace fententia non exiguam veritatis speciem. Keil.

00) Quem nefeio, quo iure in hoc ipfo Miltiade, cuius modo mentio facta est, sibi reperisse visus est Clericus in *Histor. eccl. duorum secul* an. 157. S. 8. p. 679. quo quidem viro multo prosecto cautius atque sanius hac in re iudicauit Halloixius 1. 1. dum ipsum Eusebium scriptoris

X

hujue

Digitized by Google

Vol V. p. 190 P 191

Contra Scuerianos Encratitas scriplisse Apollinarem, testatur Theodoritus, an peculiari opere, non addit lib. 1. c. 21. de haereticis fabulis [vnde festimantius profecto iudicauit Gallandus 1. 1. quod hunc peculiarem librum flatuit.] Haec contra Montaniflas et Encratitas respiciens Hieronymus epist. 84. ad Magnum, quid, inquit, loquar de Militone, Sardenfi episcopo, quid de Apollinario, Hierapolitanae scol-sias sacerdote, Dionyfioque, Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane et Irenaco Photini, martyris, successore, qui harrescon fingularum venena ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis volum.nibus explicarunt.

De Paschate liber, e quo fragmenta in chronico paschali, quod vulgo Alexandrinum audit pag. 6. fq. Cangii. Eadem leguntur in Vronologio Petauii ex codem loco depromta pag. 412. edit. Amstelod. fiteinque in Gallandi Bibl. PP. tom. I. pag. 680. atque Gottfr. Lumperi hiftor. theol, critic, de vita - SS Potrum part. III. pag. 30. /g. Fuerunt tamen etiam, qui propter Eusebii de hoc Apollinaris libro filentium eum ipfi totum abiudicarent, inter quos pertinent v. c. Tillemontius in Memor. ecclef. tom. 11. pag. 748. Lardnerus in opere factions iam laud. part. 11. vol. I. pag. 564. /q. et Ceillier in Hilloir. gener. des Aut. esclef. tem. 11. pag. 84. Quam exigui vero haec dubitatio ponderis fit, bene demonstrauit Galland, 1. 1. pag. CCXXI.]

9. SOTER, episcopus romanus "), cuius intercidit epistula ad Corinthias, quam perinde vt Clementis, romani, ad ecclefiam Corinthiorum epiltolam publice lectain et legendam scribit Dionysius Corinthius apud Eufeb. 1V. 23.

Liber contra Catephrygas fine Montaniflas. Vide auctorem Praedestinati c. 26. et 86. [Cum vero huius libri neque Eulebius, neque Hieronymus, neque alius vllus veterum fcriptorum vllam mentionem iniecerit, atque praeterea ne attigiste quidem videatur hic Soter Montani aetatem, vix licet dubitare, quin omnis huius auctoris de libro hoc narratio, in qua omnino plura adhuc, quae parum funt probabilia, occurrunt, falfa atque erronea fit iudicanda: id quod pluribus demonstrauit Coustant in epist. Pontif. Rom. tom. I. pag. 79. /q. agnoueruistque etiam Ceillier in Hift. gener, des Aut. eccl. tom. 11. pag. 90. et Chr. Guil. Franc. Walchius in Hiftor. haeref. tom. I. pag. 659. Keil.]

. Epistolas duas decretales, quae sub Soteris nomine hodie latine exstant, supposititias esse nemo dubitat. Plura de Sotere suggerent scriptores de Vitis Pontificum, et Bollandus 22. April.

[] 10. DIONYSIVS, Corinthi ante Bacchyllum epifcopus, Sotere romanum episcopatum tenente circa A. C. 170. clarus, scripsit varias epistolas"), quarum titulos et fragmenta

huius nomen ignoraffe defendit. Caeterum haec fragmente ex Eusebio repetierunt idem Hailoixius 1. 1. p. 798. /g. Lardnerus I. 1. part. II. vol. II. pag. 49 Jq et Gallandus in Bibl. PP. tom. III. p. 273. Ja. quorum tamen vterque sub Asterii Vr- p. 66. Keil. bani nomine ca ediderunt. Keit.

sedem occupauerit, mire inter se variant cum ve-

teres, tum recentiores, qua de re qui plura cognoscere cupiat, ei, praeter scriptores de Vitis Pontificum exponentes, confulendus inprimis eft Caucus' in Hiflor. litter. fcriptt. ecclef. tom. T.

99) Quas Eusebius loco in textu laud. cathopp) Quo successionis ordine et tempore hanc licas dicites cuius nominis vix potest alia caussa cogitari, nisi haec, quod non singulis hominibus,

Digitized by

ſcd

Pol. V. p. 191

SCRIPTORES DEPERDITI SEC. II. Lib. V. c, I. 163

menta quaedam Eulebius IV.23. leruauit. Ex epistola eius ad Romanos etiam nonnulla leguitur II. 25. hift. [quaé repetiit etiam Geo. Syncellus in Chronogr p. 341.] Confer et Hieron. t. 27. catalogi. Martyrium subit imperante M. Antonino "). Confer Henschenium VIII. Aprilir. Halloixium et Caueum in Dionysii vita, Grabium tom. 2. /picilegii Patrum pag. 214. sq. [a quo exhibentur etiam pag. 217 seq. fragmenta huius scriptoris ab Eusebio seruata, quae'ipia iam ante eum collegerat Haltoixius tom. II. pag. 774. et post eum repetierunt Coustant in Epist. pontis. rom. tom. L. pag. 75. seq. itemque Gallandus in Bibl. PP. tom. I. pag. 675. seq. qui de hoc ipio seruptore exposut etiam in Proleg. cap. XXIII. p. CXVII.] In Liberati breuiario c. 10. citatur Dionysius, Areopagita, Corinthiorum episcopus. Sed vocabulum Areopagitae ibi expungendum, vt Warthonus p. 285. ad Vfferii diff. de Areopagita observauit.

11 APOLLONII tres, vnus, Commodo imperante, Romae passus martyrium, de quo Hieronymus epistola 84. ad Magnum: Scripfit et Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hippolytus quoque et Apolionius, romanae vrbis senator se) propria opuscula condiderunt. De Apologia eius pro Christianis, quam in Senatu pronunciauit, videndus Eusebios V. 21. et Hieron. c. 42. Catalogi"). Ceterum hic Apollonius licet inter Graecos in epistola Hiero-X 2

fed vniuerfis Christianorum coetibus fuerint definatae. Nam ab his catholicis huius viri epistolis sub finem capit. diferte seiungit aliam, Chrysophorae inscriptam. Caeterum has epistolas suas eodem in loco ipse Dionysius a pluribus queritur corruptas fuisse, ita quidem, vt alia omitterentur, ana vero adderentur; qua ex re frequens harum epistolarum vsus neque exigua, in qua fuerunt, auctoritas, satis aperte cognoscitur. Keil.

rr) Si quidem fides habenda eft Graecorum Menologiis, qui memoriae ipfius deftinarunt XXIX. Nouembr. eumque gladio volunt interemtum fuiffe. Cum vero hac de re nihil quicquam a veterum aliquo feriptore traditum fuerit, rectius eum alii fatuerunt a Latinis Confessionius tantum fuisse annumeratum, quos inter nominatim pertiment Tillemontius; in Mein. ecclef. tom. 11. part. 111. p. 88. et Du Pin in Nouv. Bibl. des Aut. eccl. vol. 1. pag. 69. Keil.

sr) Senatorem fuisse hunc Apollonium, non fine causa dubitat Stephanus le Moyne, quem vide prolegom. ad varia jacra * 32. [Eundem hac in re secuti sunt los Scaliger in Animaduers. in Eujeb Chron. pag. 225. Sam. Basnagius Annal. polit. ecclef. tom 11. p. 177. et Io. Clericus in Hist. ecclef. duor. primor. jecul. p. 778 Ruinartus vero in Ast. Martyr. pag. 72. in ambiguo rem reliquit. Dubitarunt autem propteres potis.

fimum ea de re, quoniam Eufebius dignitatis huius viri Senatoriae nullam plane mentionem fescerit; cui tamen difficultati Tillemontius in Mem. ecclef. tom. III. P. I. pag. 436. non incommode fic occurrit, vt Hieronymum huius rei notitiam vel ex Eufebiana martyrum hiftoria, in qua plura de hoc Apollonio tradita fuerint, dicat haufiffe, vel Romae ex aliorum narratione rem hanc cognouiffe, Keil.

tt) Quem ytrumque scriptorem in eo hic diverfos effe, quod Eufebius quidem istam Apologiam non litteris ab Apollonio dicat confignaram fuitle, fed eam iis vnice tradat absolutam fuiffe, quae in fui defensionem coram Senatu a Perenne judice ob fidem suam interrogatus perorauerit Apollonius, postque a notariis fuerint excepta. Hieronymns vero ex scripto cam ab illo recitatam fuisse narret, plures fuerunt, qui defenderent, atque Hieronymum hac ipsa de causa erroris arguere non dubitatent, ad quos e.e. pertinent Steph le Moyne in Proleg. ad l'ar. Sacr.*32. Valchus in Not. ad Eufeb. Pearfonius in Vindic. ep. Ignatii part. II p. 123. Caueus in Hyl. litter. fcript, ecclef. tom, I. pag. 86. et Anton. Pagi in Di/]. Hypat. p. 117. Verum quod pace tantorum virorum dizerim, non videntur mihi Eufebii verba satis occurate examinasse: diserte enim. vt bene iam obsernant Tillemontius 1.1 ea, qu.e coram iudice pronunciauis Apollonius, ab apologia eius

Digitized by GOOG

164 Lib. V. e. I. SCRIPTORVM DEPERDITI SEC. II.

Vol. V. p. 191 7 192

nymi referatur, non graece dixit sed latine, yt idem Hieronymus c. 53. docet. At Eusebius graece redditam illius apologiam suae martyrum historiae inseruerat, sed quae hodie non exstat De hoc Apollonio plura 'Tillemontius tom. 3. memor. histor. eccles. [part. III. pag. 92. et 436.) et Henschenius ad XVIII. Aprilis, tom. 2. p. 539. seq.

Alter Apollonius, [quem male eundem cum superiore iudicat Niceph. IV. 26.] Ephefepiscopus "") sub codem Commodo et Seuero clarus, aduersus Cataphryges et Pepuzianos feripsit, teste auctore Praedessiani c. 26. 27. Fragmenta vide apud Euseb. V. 18. [ex quo ea, additis animaduersionibus quibusdam, repetiit Gallandus tom. II. p. 199. seq. qui etiam in Proleg. huius tom. c. XII. p. XXV. seq. de hoc Apollonio pluribus est commentatus.] Aduersus hune Apollonium et Soterem, episcopum Romae, pro Montani secta pugnauit Tertullianus, vt idem auctor praedessinati c. 26. et 68. Nimirum vt ex Hieronymo c, 40. eatalogi discimus, librum septimum operis deperditi megi ensages proprie aduersus Apollomium elaborauerat.

Tertius denique Apollonius, episcopus Corinthiorum, Cerdonis oppugnator, de quo suctor praedestinati c. 23.

12. PINYTVS et ipfe sub Antoninis clarus, Cnossiae in Creta episcopus, Dionysii Corinthii aequalis, cuius epistolae ad Cnossios de nupriis et cassitate respondit ²⁰⁰). Vide Euseb. *IV. 21. et 23.* et Hieron. c. 28. catalogi. Niceph. *IV. 8.* et Baronium ad martyrolog. Rom. 10. Obsobr. Halloixium tom. 2. p. 786. feq.

librario, vt lectoribus fucum faceret, discerpti sunt in tomos continuos duos et triginta. Ex Origene in Lucam nonnulla profert Bulengerus libro laudato p. 158. 222. et in Iohannis VI. p. 251. Fabr. In tom. IV. ed. de la Rue esse es, quae supersont, Origenianorum in loannem. et epp. plurimas Paullinos, supra iam adnotatum est. Is autem in commentario quidem in Ioannem in monito ei praefixo vlum se ese dicit duobus codicibus, Bodleiano et Barberino, ad quorum fidem graeca se profitetur restituisse et lacunas expleuisse. Praeterea vero notia ad commentar, istum faepissime quoque laudat codicem regium, atque rarius, v. c. p. 93-96. etiam Thuanum, et femel p. 94. quoque Petauianum Philocaliae codicem. De tempore, quo scriptus est comm. v. infra in tabula chronolog. De codice Veneto D. Marci XXVII. Zanetti in cat. codd. gr. pag. 23. tantum obferuat, illum codicem continere quatuor euangelia cum, commentariis marginalibus: in euangel autem Lucae et loaunis comment. fumtos esse ex Origene et alus ibi memoratis. add. ad nr. 11, de illo aliisque codd. adferipta. — Leidae inter codices Voffianos, (catal. p. 376.) occurrit in cod. nr. CVIII. Homilia Origenis Presbyteri in Ioannem, cui tamen, notat confector catalogi, adferibitur, non effe Origenis illius antiqui, quod in ea nominentur Ariani. - Oxonii inter codd. Bodlei. nr. MMCCLXXX-MMCCLXXXII. Orig. comment. in Ioannem euangelistam, gr. vol. I-III. — A Montf. in bibl. MSSt. notantur, Romae cod. Vaticanus, in quo Orig. homiliae in primum cap. euang. Ioann. — in bibl. abbat. Fulcardi montis, Orig. fuper Ioannem et Orig. et multorum aliorum comm. in catena in XII. prima Lucae, (I. p. 67. D. 1344. A. 1300. C.) - Orig. expofitio S. Lucae euang. in monast. Pompofiano, (Montfaue, diar. ital. p. 85.) - Cantabrigias in bibl. collegii S. Trinitatis nr. 574. et 575. Orig. dialexis meet the es Deor defis miseus. et in Ioannem, graece. - Dublini in coll. S. Trinit. cod. DVII, 8. Excerpta ex Orig. tom. 32, in Ioannem.

Cantabrigiae in coll. S. Benedicti nr. 1390. (catal. II. p. 136.) Orig. in Lucam, peregrinis litteris et characteribus. Memorabilis est cod. Vindobon. XLII. (de quo multi funt Lambec, et Kollar, tom. III. pag. 163. fqq.) qui continet catenam f. commentarium amplifimum in euang. S. Lucae, collectum ex Origenis aliorumque fcriptorum ecclef. graecorum operibus: cuius cod. meminit Corderius in praef. ad catenam LXV. graecorum patrum in S. Lucam, e graeco quidem cod. Veneto Cardin. Bestarion. at latine tantum editam 1628. Antwerp. typis Plantin. Dignifima autem, ait Lambecius, profecto haec est catena, quae fecundum exemplar hoc MStum caefareum fine vlla interpolatione edatur graece, et cum altera illa eiusdem argumenti catena latina, a Corderio edita, accurate conferatur. Atque Kollagius animaduertit, catenam Vindobon vberiorem in perpaucis fimilem effe Corderianae, idemque emendat Fabric. B. Gr. V. 17. XIV. f. vol. VII. ed. vet. p. 779. fg. — In cod. CCI. Coislin. est Nicetas collectio interpretationum ex Origene, Dionyfio Alexandrino in Origenem multisque aliis scriptor. eccles. facta. Harl.

leenfi; a. 1557. 1571: Perioniana Parif. fol. Fer- bus tamen illi vel conueniunt, vel diferepant, dorarius inter vertendum quaedam de industria omi- cet de la Rue in monito practizo : item de version. fit, quibus lectores offendi putauit. Vide, quae Ferrarii et Perion. et de Huet. agit. Idem ex cod. post Huctium in illo notat Sandius p. 37. nuclei Barber, et Bodlei. multa restituit, et alia addidit hift. ecclef. et in appendice p. 7. Fabr. Cod. re- fragm, Harl. gius et Marcian, ex vno fonte manarunt: in qui-Vol. VII.

Vol. V. p. 218

13. Fra-

300gle

Digitized by

Ee

218 Lib. V. c. I.

ORIGENIS SCRIPTA.

13. Fragmentum Homiliae quartae in alta apostolor. p. 422. seq. ex Origenis Philocalia, eum versione Io. Tarini. Fabr. — In cod. Coislin. XXV. Acta apostol. et epistol. catholicae eum comment. ex Origene aliisque. v. Montfauc. bibl. Coislin. p. 75. sq. pag. autem 82. cod. XXVII. et cod. CCXXIV. sol. 112. pag. 175. catena ex Origene etc. in epp. Paulli. — pag. 263. recensetur cod. CCII. qui praeter alia continet Acta apostolostam, epist. Iacobi, primam ep. Petri, et ep. I. S. Iohannis cum comm. Origenis etc. — pag. 264. cod. CCIV. catena fimilis in epislolas Paulli. — Harl.

14. Fragmenta (omi I. et IX. ¿Enyntinav in epistolam ad Romanos, pag. 423-429. ex . Calliodorus XX. libros Orig. in hanc ep. refert. Rufin. tantum eadem Philocalia. () Fabr. XV. (quanquam huius etiam scriptoris lectiones variant, cum, notante quidem de la Rue in praefat. tom. IV. duo codices antiquissimi, quibus ille vsus est., vnus cathedralis ecclesias Ebroicenfis, alter monofferii vallis — Clarae habeant, vnus quidem decem, alius autem duodecim,) quot ficil, huius actate adhuc superfuerint; atque hic mire illas contraxit, de qua andacia atque iniuria iam conquellus est Erasmus. In cod. Fesulano Hieronymi nomen praefcribitur, atque fub illius nomine ex eo cod. libros X. Theop. Salodian. primus edidit Venet. 1506. eunque seguuti sunt Merlin. Erasm. et alii, sed perperam. A Montfaucen in bibl. MSStor. I. pag. 486. D. inter codd. lat. bibl. Patau. S. Ioann. in Viridario, Origen s in Paullum. pag. 226. nr. 346. et 347. bibl. Cofficienfis, ac fec. diar. ital. pag. 19. Mediolan. in bibl. Ambrof. Orig. expositio in epp. Paulli. - tom. II. pag. 1344. nr. 34. bibl. abbat. Fulcardi mentis, tum p. 1360. nr. 199. et p. 1361. nr. 235. monalt. Mich. in periculo maris, Orig. in ep. ad Romanos. - Augustar Vindel, catena in epist. Paulli ad Romanos Origenis et aliorum XXIV. patrum graecor. (v. Reiseri catal. pag. 9.) Similis catena in ep. ad Rom. in cod. XLVI. bibl. Vindbbon. tefte Lamber. comment. III. pag. 174. Iq. et a Kollar. not. A. valde commendatur. add. ad nr. 13. etc. notata. Harl.

15. Fragmenta duo homiliarum in epifiplam ad hebraeos, ex Eusebii VI. 25. cum versione Henr. Valesii, p. 430.

[P] Alia Origenis fragmenta complura ex catenis editis et MSS. collegerat Frontifus Combefifius, atque ad Huerium miferat: verum ille, tametli collectanea haec non indigna luce iudicaret, tamen nec illorum editioni, nec aliis, vti receperat, Origenis feriptis, quae graece exflant, recenfendis iunctimue vulgandis manum admouit ⁴). Quemadmodum etiam Herberti Thorndicii Angli, et Gallorum Jo Tarini, atque Io. Auberti conatus fimiles in herba perierunt.

B) Opus praeclarum lectuque dignissimum contra Celsum *), philosophum Epicureum, p10

c) Aliud fragm. Philocal. 9. et fragm. in apolog. Pamphili: cum superstite Rufini interpr. dedit de a Rue in tom IV. Harl.

d) Sed dedit fragm. illa de la Rue. Harl.

e) De hoc Celjo, qui sub M. Antonino vizit,

dixi lib III. c. 11. [inter philo]. Epicur. vol. III. p. 501.] Is opus fuum contra Iudaeos et Christianos falto titulo inferiplerat λόγου κληθή, nomen mutustus ab Antiphonte, de cuius λόγοις περί κληθείατ. quibus prouidentian fusilulerat, confer, fi placet, lib. II, c. 26. In quibusdam codicibus Origenia quoque



ORIGENIS SCRIPT'A.

Lib. V. c. 1. 219

pro veritate religionis Christianae, libris VIII. quod sexagenario maior f) Origenes scripsie ad ¿eyodiwx The luum 8), Ambro/ium Alexandrinum, quo hortante illud circa a. C. 247. fulce. perat. Hoe latine exflat in antiquioribus Origenis editionibus ex versione Christophoris Par-(onae, leparation edita Romae a. 1431, fol. ") Melior Sigismundi Gelenii versio comparet primum in editione Operum Origenis Basileensi a. 1557. atque deinde in caeteris. Graere primus e codicibus duobus, Palatino et Boico '), cum suis et Casauboni notis edidit vir egregius David Hoefchelius Augustae Vindel. 1605. 4. vna cum Gregorii Thaumaturgi, Orat, in Origenem, et adjuncta ad calcem libri versione Gelenii. Haec e regione graecis adposita atque Guilielmo Speneero, Cantabrigiensi, hinc inde cassigata legitur in editionibus Cantabrigiensibus anno, 1658. et 1677. 4. quae Spenceri etiam eruditas adnotationes et. Thaumaturgi oratione omifia, Origenis Philocaliam adnexam habent. [vid. Bruggemann View. pag. 379. fqq.] Denique elaboratifima Elias Boherelli interpretatio Gallica lucem vidit Amstelod. 1700. 4. in non paucis locis latina Geleniana adcuratior. Additae notae et coniecturae ad graeca Origenis, quibus plurima loca haud infeliciter emendantur et casligantur, ratione ubique habita paginarum editionis Cantabrig. Ceterum errata typorum indicemque in notas et praefationem, pluribus exemplaribus subtractam a typographo, queritur Boherellus apud Basnagium Bellovallium in historia Operum eruditor. [P] A. 1700. p. 419. Locum Origenis lib. VI. pag. 295. leq. meei ênra aexorrar daunorar, fiue de leptem Angelis principalibus, celebratis apud Ophianos, illustrandum fumfit Io. Croins in specimine conjecturarum et observationum ad quaedam Irenaei et Origenis loca *), a quo dissentientem videre licet Petauium appendice notarum in Synefii Opera. Fabr. Totum hunc locum repetiit Fabric. in delectu argumentorum et syll. scriptorum pro veritate religionis christianae cap. II. 6. 14. p. 63. fq. addita tantum nota, falli Rich. Simon. tom. I. pag. 14. bibl. felect qui Gelenii verfionem ab Hoeschelio primum publicatam scribit. Add. eundem Fabric. in salutari luce euangelii &c. cap. VIII. §. 8. p. 151. sq. Idem in priore libro p. 450. de quaestione, quid fit Doyixov évois, ex mente Origenis; sue angelos, daemones et animas specie non differre. prouocat ad Cotelerii monumenta eccl. graecae III. pag. 658. et Hustii Origeniana lib. II. quaest. 6. — Orig. contra Cellum, interpr. Chr. Persona, Romano: per Lazarum de Soardis. Venet. 1514. fol. (v. Maittaire A. T. II. p. 253.) — Excerpta ex Origenis Adamantii homiliis: eiusdem contra Celjum libri VIII. (latine,) inter Franc. Rous mella patrum. Logdin. 1650. 8. p. 470-830. — De superioribus editt. et versionibus iudicat de la Rue in praef.

Ec 2

quoque opus inferibitur : o xara ve Keboe abybys ad ecclesiam reductus, qui pro facultatibus, qui-Noyos. Fabr. Quis ille Cel/us fuerit, quaerit eumque fuisse neque Epicureum, neque Stoicum, sed potius Platonicum, copiole acuteque docet Moshem, in praefat. ad versionem suam Orig. contra Celsum germanic. et oppugnat vulgarem, etiam Fabric. noftri sententiam; ipsum Origenem et Dodwelli opinionem ad Sidetae fragm. de catechet. Alexandrin. pag. 500. diff. in Irenaeum. etc. Harl.

f) Euseb. VI. 36. hift,

Vol. V. p. 213 220

g) Hic eft nobilis ille Alexandrinus, per Origenem ab hacrefi Valentiniana et Marcionitarum

bus abundabat, Origenis scripta egregie promouit, tachygraphosque ac calligraphes, illis excipiendis describendisque aluit. Vide Eusebium VI. 18. et 23. hift. Hieron. de S. E. cap. 56. et Syncellum p. 358.

h) V. Panzer. A. T. II. p. 475. nr. 502. catal. de la Valiere I. p. 144. nr. 379. Harl.

i) In cat. codd. gr. p. 37. Harl.

k) Subiectum eft specim, ed. Irenaei Oxoniensi, 1702. fol. Hark

Digitized by

220 Lib. V. c. 1.

ORIGENIS SCRIPTA.

ad tom. I. opp. Orig. pag. IX. Iqq. et illi tomo pag. 310; Iqq. inferuit Origenis contra Colfum libros octo, collatis octo codd. MSSt, quorum ope hinc indo textum graec. re-Aituit, cum noua Vincentii Thuillier interpretatione et cum suis, ineditisque Franc. Guist notis et coniecturis, quibus immiscuit multas Boherelli ac Spenceri animaduerfiones. In admonitione, iltis Origenis libris praefixa, docere fuftinuit, quo tempore vixerit, quae Icripferit, et cui philosophorum sectae se adjunxerit Celsus, quocum Origeni res est; quo tempore aduersus illum scripti sint octo Origenis libri, et quantis laudibus eximia illa christianae do-Arinae apologia, tam a veteribus, quam a recentioribus exornetur. Calci voluminis pag. 030. fgg, fubiecit Hoefchelii notas, et Croii obsi. ad librum VI. contra Celfum. — Offo autem codd. quos contulit, funt 1. Parif. regius, (in quo infcriptum est opus 'Dervives . 78 το Οωτάτε κατά Κέλσε τε άθεωτάτε,) ι. Bafileenfi, (ex quo posse non pauca emendari, jam observauit so. Rod. Wetthenius; v. Olearii epist, in Schelhornii amoenitt. litterar. tom. XII. pag. 667.) 1. Ioliano, postea eccl. cathedr. Paris. 2 Vaticanis et tribus Anglicanis. Sed Moshem, in praefat, pag. 7. Iq. obferuat, plurimas varias of illorum codicum lectiones, exceptis quinque aut fex, este partim aperte vitiofas scripturas, librariorum incuria ortas, partim adeo leues, vt, fiue admittas illas, fiue repudies, idem locorum fenfus exiftat, Boherellum, (Bouhereau) multo plura loca corrupta ingenii beneficio fanafle, quam de la Rue ope octo fuorum codicum; Guietum more fuo vrere et fecare loca etiam fana integraque; contra Thuillieri versionem, quae elegantia, perspicuitate fideque superet Gelenii et Spenceri verfiones, effe fere praecipuum nouae editionis ornamentum. Illa autem noua editio Moshemium abstraxit a confilio operis Origeniani contra Celfum graece cum noua versione latina, animaduersionibus et nonnullis disputationibus edendi, vt ipse in praesat, pag. 2. sq. pluribus exposuit. Neque vero Origenem suum plane dimisit; sed summo studio vertit libros in linguam germanicam doctisque illustrauit adnotationibus, vltra XVI. annos in illo labore conficiendo versatus. Inscriptio operis hace est: Origenes - acht Bücher von der Wahrheit der chriftlichen Religion wider den Weltweisen Celfus. Iohann Lorenz Mosheim hat fie aus dem Gelechischen übersetzt und durch Anmerkungen aufgekläret. Hamburg. 1745. 4. - Moshe. mii diff. in Orig. c. Cellum ital. vertit et notis ill. Gregor. Fontana: Pat. 1780. Petrus Tamburinus feriplit Ragionamenti ful I. libro di Origene contro Celfo, Pavia, Galeazzi. 1786. **8.** — In linguain anglicam transtulit illos contra Cellum libros Iam. Bellamy. Londin. 8, cf. Brüggemann View. etc. pag. 381. et ab eo eitatum catal. libr. mulei Britann. vol. II. voc. Origenes. - Traeter codd. memoratos exstant adhuc cod. in bibl. Augustae Vindel. teste Reifero in indice MSSt. illius bibl. pag. 38. et cod. in bibl. Leidenfi publica, (v. catal. p. 334. 17. et pag. 61. fin. citatur edit. Orig. contra Celfum lib. VIII. graece, quibus nonnulla adfcripfit Iof. Scaliger. Gregorii Thaumaturgi oratio in laudem Origenis Gregor. Nazianzenus de filentio in iciuniis, gr. Lutetiae. 1587. 4.) — Montfauc. in bibl. MSStor. memorat cod. Vatican. (I. p. 12. E.) - romanum Ottoboni, (I. p. 186. B) duo codd. cum quaestionibus et solutionihus ex libris Origenis, Mediolan. bibl. Ambrof. (I. p. 502. D.) - Venetiis in codd. Marciatis XLIIII. XLV. et XLVI. (catal codd. gr. pag. 29. et 30.) Tres Anglicani funt fecundum cas. codd. Angliae et Hiber. duo Rodleiani, nr. MMCCLXXV. et nr. MMMXXXVII. nr. VIL atque Oxonisnfis, nr. MCX. Harl.

y) Ør

Vol. V. 'p. 2207251

ORIGENIS SCRIPTA.

100

y) Oidenadia fiue eletta ex Origenis fcriptis, de variis quaestioníbus, facras litteras fpectantibus, quae in Theodori, Tyanenfis epifcopi 1), gratiam capitibus XXVII. digeffere Gregorius Naz. et Basilius M. Latine vertit ediditque Gilbertus Genebrardus, in sua Operum Origenis editione tomo II. Parif. 1574. et recufa 1604. 1609. fol. Graece e regio codice cum nova versione et notis suis edidit lo. Tarinus, Andegauensis, Paris. 1618. 4. [1624. 4. in catal. Menken. I. pag. 31; et cat. Krohnii p. 88.] adiunctis Zacharia Scholastico de mundi Opificio, Anastafio Sinaita de hominis creatione ad DEL similitudinem, et Christiani Philosophi, (incertum an ciusdem Anastafii,) dézus fiue celebrioribus opinionibus de anima, quas latine e Tarini versione Barthiur p. 472. Claudiano suo Mamerto subiunxit. Philocaliae codex MS. fed septem capitibus postremis mancus, exstat in bibl. Vindobonensi, quem cum Tarini editione, negligentius curata, conferri operae pretium effet, iudice Lambecio III. p. 74. ") Cum Tarini versione et notis, notisque paucis, Guil. Spent; Philocalia graece et latine editionibus contra Cellum Cantabrigiensibus a. 1658. et 1677. 4. subjicitur. Recensuit etiam ad MSS. codices et nous versione donauit Tho Galens, sed fatis prohibitus, quod dolendum, edere non potuit"). En tibi scripta Origenis, e quibus Philocalia illa excerpta est, quam a Io. Leunelauio etiam et Bonauentura Vulcanio latine verfam foribit Abrahamus Scultetus parte I. Medullae Patrum . 936 L . libro sexto, qui totus est de Origenis scriptis, pag. 152. 3002

In Genefin tomus III. p. 44. et 67-75. edit. Cantabrig.

In Exodum onueswoers. p. 101.109.

In Leuiticum Homilia II. p. 21.

In Infuant Homilia XX. p. 39. feq...

In Pfalmum I. tomus pag. 21-24. In Pfalmum IV! pag. 94-101. In Pfalmum L. pag. 20.

In Canticum tomus II. pag. 110. Tomus paruus in Canticum, quim iunchis com. pofuit. p. 31.

In Ieremiam honiilia XXXIX. p. 37. feq.

In Ezechielem tomus XX. p. 38.

In Ofeam EEnyntika. p. 32-34.

In Matthaeum tomus II. p. 30. Iq.

In Iohannem tomus IV. p. 24. seq. Tomus V. p. 26-30. In Acta, Homilia IV. p. 32.

In Epifiolam ad Romanos, tomus I. p. 90-93. Tomus IX. p. 34-37.

Tomi contra Celfum p. 46-49. 67. 75-82.

Пері архан liber III. p. 50-67. liber IV. p. 1-20.

Epifela ad Gregorium Thaumaturgum. p. 41-43.

Locus ex Dialogo contra Marcionitas lect. IV. p. 92. (led qui apud Eulebium VII. 22. Pracparat. e Maximi libro megi unne refertur) pag. 82 90. Fabr. Fragm. graeca suo quaevis loco

Ee 3

D Naz. epift. 88. m) Secundum edit. Kollarii, col, 198. fqq. Harl.

Hib. tom. II. nr. 5909.) citatur MSt. "Origenis Philocalia, vna cum Genebrardi verf. lat. collata cum alis MSSt et quidem editis melior. Fuit

n) Inter codd. Th. Gale (in cat. codd. Angl. et pridem liter Hoelchelii." Hark

Digitized by

loco de la Rue in notis ad homilias, latine exstantes, reddidit, laudans interdum codicem Philocaliae Petauianum, quem in notis ad comment. in Ioan. T. IV. p. 94. not. a. Holmiae fe vidiffo dicit. · Alii Philocoliae codd. funt in Anglia, fecundum cat. cit. in bibl. Bodlei. inter codd. Th. Roe, (I. n. 254.) Philoc. ex autographo Gregorii Nazianzeni descripta per Georg. Contin. - inter codd. Sauciii (nr. MMMMMMDLVIII.) Philoc. imperf. - Oxon. inter codd. coll. noui, (II. nr. 1111.) Philoc. gr. - Catal. codd. bibl. publ. Parif. tom. II. indicat dreem codd. in illa bibl. - In cod. Coislin. CCXXVI. recent. Philocal. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 279. - Idem Montf. in bibl. MSStor. notat codd. Rom. Ottobon. (I. p. 185. D.) aligs bibl. Romanae, Orig. philosophumena et Philocal. (I. p. 201. D.) - Mediolan. Ambrof. cod. faec. XV. (I.p. 527. D.) - De cod. bibl. Taurinenfis VI. vid. cat. codd. gr. p. 70. et p. 370. de alio c. CCLVI. qui tamen diversum habet quaestionum ordinem atque ampliorem capitum distributionem. - In bibl. Leidenfis catal. p. 347, 61. inter codd. ex legato Bonauent. Vulcanii citatur, Origenis Philocalia, gr. Bonau. Vulcan. cum alio MSto, cuius ipsi Geneuae Theod. Beza copiam fecerat, contulit 1574." - inter codd. Voffian. cat. p. 393. "Orig. Philocal. in fine adfcribitur: collatus cum alio MSto Bon. Vulcanii Brugensis Geneuae, anno vltimi temporis 1575. m, Sept." nec non inter eosdem, cat. p. 394, 67. Orig. philocaliae exerves. tum sequitur ipla grace, et lat. versio subnexa ost vsque ad verba, hoc autom maxime Tiberiade et Diocaefgriae et Sopphurim. In eadem bibl. Leidensi inter excusos libros pag. 62. exstat, Orig. tropologias ex commentariis in Genefin, Exodum, Leuiticum, Numeros, Iofuae et Iudicum. Salinziaci. 1538.8. - Venetiis in bibl. D. Marci Philoc. in cod. XLVII. membran. faec. XI. et cod. XLVIII. chartac. faec. XIV. - et cod. CXXII. faec. XIV. (v. cat. codd. gr. p. 32. et 70.) - Monachi in bibl. elect. Bauar. (cat. codd. gr. p. 40.) Harl.

3) Durrayma meei euxis, de precatione liber ad Ambrofium suum et Tatianam, actate iam prouectam foeminam, Tatiani forte, ad quem Gregorius Thaumaturgus librum de anima milit, sororem. Hunc Pamphilo in Apologia pro Origene laudatum librum primi edidere Oxonienses a. 1686. 12. [1696. 12. in catal. Leid. p. 62. nisi error est typographic.] e codice reginae Christinae Holmiensi, (e quo Huetius eius editionem pridem receperat, et qui nunc servatur Cantabrigise in bibl. Collegii S. Trinitatis,) vna cum latina versione et breuibus notis, subiunctaque paraphrasi breui Orationis Dominicae, sub Origenis vel alterius doctoris graeci ouy geors "), nomine edita graece et latine a Fed. Morello, Parif. 1601. 8. Addidit Morellus graece et latine eiusdem auctoris, (Petri Laodiceni, vt videtur) paraphrafin fiue Scholia in Cantica B. Virginis, Zachariae et Simeonis; sed haec Oxonienses omiserunt. Omifit etiam Io. Rodolfus Wetstenius, filius, qui librum de precatione paraphrafinque orationis dominicae secundum Oxoniensem editionem recudi curauit, latina tamen versione "), non vno loco emendata, et B. Marci Diadochi fermone contra Arianos vulgato primum e codice infigni Basileensi, quo S. Athanasii scripta continentur,) vna cum latina versione Io. Rodolfi Wetfle

o) Huet. in Origen. cam adjudicat Petro Laodicenfi, scriptori face. VII. sub cuius nomine exstant illa scholia in bibl. Patrum. Harl.

suam, nec graccis latis conformem elle, notauc-

rat Tillemontius p. 258. Bafileensi editioni in qui busdam exemplis Amstelodami nomen, est praestxum. Fabr. Neque de la Rue in praef. p. VIII. p) Versionem illam nec elegantem nec perspi- laudauit versionem lat, et ipsum fermonem gr. vitus scatere ait. Harly

Digitized by Google

Vol. V. p. 2217222

ORIGENIS SCRIPTA.

Lib. V. c. I. 223

Weiftenii, parentis. Balil. 1694. 4. Fabr. - Reading primum edidit fpecimen: - Origenis de vratione liber, cuius textus graecus cum antiquo cod. Holmiensi in bibl. coll. S. Trinit. Cantabrig. denuo fumma fide collatus est; versio et latina castigatior multo, quam antea, adifcitur, cum notis eruditis cuiusdam [n. Rich. Bentleii;] editore Guil, Reading, Londin, typis I. Tonfon et I. Watts, funtibus editoris 1727. 4. page. 8. Tum plena comparuit editio: Orig. de oratione liber, ex noua collatione cum MSto' Holmienfi, in bibl. collegii S. Trinitatis Cantaor, reposito, recognitus et emendatus vna cum auonymi scholiis in orat. dominicam. Quibus subiunctae sunt eruditi cuiusdam viri [Rich, Bentleii] notae partim criticae, partim locorum difficilium exegeticae, ab editore Guil. Reading, A. M. Cleri Londin, in collegio Sionenfi bibliothecario. Londini typis Tonson et I. Watts sumtib. editoris 1728. 4. Versio lat, addita est nova partim, partim emendata, auctore Claudio Fleuri. Ante quain illa. edit. in notitiam venerat de la Rue, hic opulc. de oratione graecum dedit ex codd. emendatius, cum vers. lat. et notis criticis, in quibus laudauit Bentleianas suspiciones atque corre-Giones; in tomo I. Opp. Orig. pag. 196. legq. Walker, presbyter Anglus, cod. Cantabr, denuo contulit cum ed. Oxon. et nouas aut meliores énotauit lectiones. ' De la Rue antem a num. XXXI, usque ad fin. fragm. in cod. Colbert. MMMDCVII. contulit, cuius ope plurima loca editionis Oxon, emendabantur, et Bentleianae in illa coniecturae confirmabantur. Pag. 105. Iq. in practizo monito libell. adferit Origeni; explicatque, quinam fuerint Ambrofius et Tatiana, quorum hortatu conferintus est lib. et tempus, quo confectus ille fit, inuestigat. ---Pag. denique 909. fq. primum pofuit auonymi fcholia gr. emendatiora quae ex, cod. italico deferinta, primus edidit Fed. Morelius. Ea nec ab Origene, nec ab sequali homine scripts effe, in nota prima docuit. Adpoluit versionem veteris interpretis latinam e bibl. P. P. tom. XII. ed, Lugdun, et lubiccit notas. Polica p. 911. 199. guum textu gr. iam formulis descripto typograph. ed. Reading, accepifiet, eruditi Angli notas in Or. libr. de orat. recudendas curauit, et hinc inde breues adiecit epicrifes. — Vindobonae in cod. caefareo XXVIIII. fol. 204. elt oratio dominica cum breui anonymi cuiusdam expolitione, quan Lamber in commentar. HI. col. 93. fq. sufpicabatur forte camdem este atque illam, ab ipfo autem non vifam, quam Fr. Morellus sub Origenis nomine ediderat. Sed Kollar. in not. A. observat, illam paraphrafin in cod. Vindob. diuerfam effe ab ea, quam Morell. euulgarat; neutram vero dignam, cui nomen Origenis pracfigatur. Errat tamen, dum scribit, de la Rue non meminisfe Morellianae paraphra cos. -Anonymi foholia in orat. dominicam, in cod. Guil. Laudi nr. DCCXXXX, b.bl. Bodlei. Harl.

έ) Προτρεπτίκος eis μαρτύριον. Sermo exhortatorius ad Martyrium, scriptus durante Maximini persequutione, ad Ambrusium, et Protocstetum, [P]) et ex MS. Basileensi

primum

9) Illos duos adloquitur his verbis p. 200. Νύν σσπερά πομπεύεις αίρων τον εκυρών τα ϊποα, ίερε Λμβρόσιο, και απολεθών αυτώ τω προάγοντε έπι ήγεμόγας και βατελώς, ίνα αυτός σοι συμπερευθάς αυτός σοι άψημι κόμα και σσθίαν, και εοι τω συμαυριτή αυτά Πρωτόμτητο Protochetus iple presbyter Caefarcenfis fuit y ve ez Euscobo VI. 28, hift. conftat. Aput Hieron. c. 56. Catalogi male vocatúr Theoctiflus, licet error ille appareat etiam in graeca verfione quae Sophronio tribuitur. Sed e Freculfo colligas Hieronymum scriptiste: cui (Ambrosio) cum Protosteto Presbytero liber Origenis de Martyrio foribitur.

Digitized by Google

224 Lib. V . c. I.

Vol, V. p. 222

ζ. Διάλο-

Digitized by

л(

primum editus a Io. Rud. Wetstenio, filio, cum versione et notis. Basil. 1674. 4. pag. 162. 218. Meminere huius libri Euschius, Hieronymus atque exinde alii. Trithemius etiam latine se vidisse innuit, nescio, quo interprete. Fabr. De la Rae reposuit illud fragm. emindatiur, cum notis suis et multis Wetsten. in edit. suce tom. 1. pag. 273. sq. ex ed. Wetstenii et e codicis Basileensis apographo, quod Huetius, fragm. editurus, habuit, et postea bibl. Paris. illatum est, nr. CMVL. in cat. codd. tom. II. cum noua vers. latina Claudii Fleuri, quam hic parauerat in vsum Huetii. Harl.

5'. Epiftola ad Africanum neel the nata Swearray isoelas, pro historia Susannae; fcripta circa a. C. 238. atque a Wetstenio e codice MS. parentis fui, vna eum exhormatione ad martyrium, edita primum integra graece et lat. p. 223-247. notisque illustrata post Iulii Africani ad Origenem epiltolam, quam cum initio epiftolae Origenis refpontoriae e codice A. Schotti graece ediderat Hoefchelius Augustae Vindel, 1602. 4. cum Hadriani Ifagoge facrarum litterarum, Helychii Hierolol. 512, yew in Elaiam et 12. minores aliorumque in maiores Prophetas, et fragmento Chryloftomi de Sulanna. Aliud epiftolas Origenis fragmentum, quod p. 225. edit Wetstenii legitur, publicauerat gracce Patricius Iunius ante Iobum signedy fubiunclum Catenae Patrum graecorum in Iobi librum, Lond. 1637. fol. Epiflolam vtranque integram ex versione Gentiani Herueti, qui Sirleti codice vsus est, habes etiam in latinis Origenis editionibus; quas Genebrardo debemus, tom. II. Aliam versionem suam epistolae viriusque Africani et Origenis in praefatione fuorum ad Efaiam commentariorum publicauit Lio a Caftro, Salmanticae 1570. fol. pag. 80. feq. Laudant has epistolas Eusébias VJ. 31. Hieron. c. 63. Catalogi, Photius, Suidas itemque alii. Fabr. De la Rue in praef. ad tom. I. in Wetstenii edit. culpat, 1) quod is mendolum plerumque feguatur cod. MStum; 2) barbaram interpr. eius latinam; 3) quod omnia fere Origenis argumenta, quibus obiecta ab Africano contra Sulannae historiam diluuntur, longis inutilique, (vt scil. ait,) eruditione re-Quare cas tantum Wetstenii animaduersiones, quae haud repufertis notis eleuare conetar: gnarent opinionibus et disciplinae Pontificiorum, recudi fecit; quae vero fidem historiolae de Sufanna et placita difeiplinae catholicae oppugnarent, ea in observatt. ad Huetii librum refutandas fumfit. In admonitione, epiltolae Africani ad Orig. et Orig. ad Afric. refponsioni (gr. et lat. cum vberioribus notis,) pag. 9. fqq. pracfixa, plura in hanc fententiam, contra Wetsten, tum de integritate et argumento vtriusque epistolae, ac tempore, quo sit exerates fcripfit. add. Wetftem. praefi pag. 25. fqq. et 30. fqq.

In haud paucis codd. praeter memoratos adhuc reperitur illa epistola. Monitfauc. in bibl. Coisliniana recenset pag. 65. cod. XXI. in quo tantum superest pars epist. ad Africanum, in bibliotheca autem MSSt. enumerat vtramque epist. in bibl. Sfortiana (I. p. 703. A.) — retractationem sec. Origenem b. Hieronymi de Susannae et Beli fabulis, in cod. XXXV. Abbat. S. Theodorici prope Remos, (II. p. 1232. D.) — Idem in diario italico pag. 408. citat cod. Bononiensf. canonic. regular. S. Saluatoris. — Secundum catal. codd. Angl. et Hibern. I. Oxon, inter codd. Baroce nr. IIC. et GVL. Or. ep. ad Africanum. — vtraque epist. inter codd. Guil. Laudi nr. DCCXL. — inter aduersaria Langbaeni p. 271. Orig. epist. ad Afric. — T. I. part. II. nr. 573. Cantabrigias in colleg. S. Trinit. — Tom. II. nr. 628. inter cod. Howard Comitis Cárlioli — nr. MMMMMCMLXII. inter codd. Th. Gals Orig. et Iul. Africani epp. integrae de Susanna. Harl.

ORIGENIS SCRIPTA.

Lib. V. c. I. 225

ζ Διάλογας κατά Μαρκιωνιζών η πρεί της els Jeor de Sis miseus, Dialogus contra Marcienifas et Valentinianos, in codice Wettienis et Bodleiano in guinque ?) fectiones diuifus, vnde Trithemius memorat libros quinque Origenis aduerfus haeveticos, quorum initium; Adamantius [] dixit. Hunc latine e variis codicibus verterunt lo. Picus, fenator Parif. 1355. 4. Ioachimus Perionius tom. I. edit. Operum Origenis Genebrardinae: et, qui finceriore MS. vlus eft, Laur. Humfredus, Anglus, cuius versio in Origenis operibus edi coepit Basil. 1557. [rec. in Opp. Qrig. Bafil. 1571.] Graces primus e codice parentis fui edidit Io. Rudolfus Welflenius. cum versione, quam ex illis Humfredi et Pici compegit et multis locis nouam fecit, notasque addidit, Bafil. 1674. 4. cum protreptico ad martyrium et iam memorata ad Africanum epiflola. Ceterum Origenem auctorem effe huius Dialogi, adfirmare non aufim, propter rationes ab Huetio pag. 276. Origenianor. adlatas, licet Origeni tribuatur ab Anastafio Sinaita qv. 48. alii: que ... Inprimis perspicuus est locus p. 30. quo probatur, auctorem vixisse non ante Conflantinum M. quem superioribus Imperatoribus opponit his verbis: a yac exaros xagέλα, αυτίς ανωκοδόμησεν, છેς έκεινοι έμίσησαν, Έτος ηγάπησεν, છેς έκεινοι έτίμων ναές re nay eidenha, auros na geine. Neque huie objectioni fatisfecit dochiff. Weistennus, licet in praefat. multus fit in eo, vt hune dislogum Origeni adjudicet; sludeatque Huetii aliorumque argumenta evertere. Sane verifimilis est Tillemontii coniectura, qui nota 13. ad vitam Origenis tom. III. Memor. hiftor, ecclef. auctorem putat iuniorem Adamantium, quem ab Origene Theodoritus diferte presef. lib. 1. et c. 25. vbi Marcionitarum aduer. farios refert, diftinguit: quod facit etiam Sophronius Hierofol. apud Photium cod. CCXXXI. Nifi dicere malimus, Adamantio vel Origeni ab aliquibus tributum fuisse ideo, guia Adamantius colloquens in eo haereticosque oppugnane inducitur; verum auctorem autem effe Maximum rijs xeize diareibis en aonpor ardea Euschio laudatum VII. 22. praeparat. siquidem, quae ibi ex Maximi libro πeel ນັລກະ adfert, iisdem verbis in hoc dialogo p. 92. leguntur, yt iam lupra ex Philocaliae fcholio adnotaui. At ita Maximum illum Eufebio non valde verustiorem, fed prope sequalem eius fuisse oporteret, certe scriplisse tunc, quum Constanti-Bus M, iam CHRISTO nomen dedisset idolaque et idolia evertere coepisset. Ab codem Eufibio autem V. 27. hift. ecclef. refertur inter fcriptores, qui labente faeculo fecundo floruere, vbi, idem illius opus móger ή xaxia contra haereticos, (Marcionitas puta,) commemorat. Verilimilius igitur est, Adamantium ex Maximo verba illa dialogi mutuatum fuisse, Fabr. De la Rue inferuit illum dial, tom. I. p. 803. 199. cum versione Perionis lat. graccum textum contulit cum cod. Vatic. MLXXXIX. cum II. codd. Parif. regiis et cod. Th. Gale, atque emendauit. Notis fuis adjunxit animaduersi. Wetsthessi, (lic somen eius perpetuo scripsit:) demtis modo is quite, ait, aut nihil aliud continent, quam quod iam a Spencero ad libros contra Cel-Tim fuerat obleruatum, aut catholicae fidei apertius aduerlantur, et in Origenianis Huetii confutates feat. Iplum autem dialogum et in praefatione pag. XII. et in admonit. textui praefixa p. 800.

F

*) Io. Picus in duas fectiones dividit; de recta dialogo iudicia, Add, I. G. Walch. H. E. p. 969. in DEVM fide, et 2. de resurceitone. Laurentius Humfredus in tres. Fabric. Pluribus disputat Weisten. in pract. pag. 4. bq. Pag. 6. sq. recenfet et, examinat diversa variorum VV. DD. de illo A. B. L. 1737. p. 294. sq. Heum.

Vol. VII.

Harl.

s).Vid. Reimarus in vita Fabricii pag. 259. et

Digitized 1

p. 800 superiore du contrate de la c

In bibl. publ. Parif. funt fec. catal. codd. vol. II. trer codd. qui continent ifium dialogum, n. cod. CDLX. in quo dialog. diuifus est in V. sectiones: praesixus est index propositionum haereticaram, quas Origenes sibi refellendas proponit, in margine vero additae sunt notae et emendatt. quaedam manu recentiore: cod. CDLXI. praemiss argumentis et capitum indice: et cod. DCCCXVII. nr. 3. — In bibl. Bodlei. cod. MMXL. dial. 1-3. quo cod. vsus esse videtur Humfredus. — et cod. MMDLXXXIV. — Cantabrigiae in coll. S. Trinit. cod. DLXXIII. (catal. II. p. 101.) — Inter codd. Gale, cod. MMMMMDCCCLXXXXII. tres dialogi contra Marcionitas nr. 1. 2.3. — Dublin. inter codd. coll. S. Trinitat. nr. CCCCXXX. (cat. II. part. 2. p. 30.) — Venetiis, in bibl. D. Marci cod. CCCXCVI. (cat. codd. gr. pag. 260.) — Aliorum codd. iam mentio facta est. Harl.

n. Hebraicorum Nominum S. Scripturae et mensurarum interpretatio. Hanc cum Hieronymi et noua fua verfione, e codicibus regiis et Colbertinis primus grass vulgauit Io. Marcianaeus, notis etiam suis additis [17] tom. 11. Opp. Hieronymi p. 182. 246. Paris. 1699. fol. [et in Hieron. Opp. tom. III. p. 605. Veronae 1735 fol.] Confer, fi placet, quae de hoc libro Origenis dixi lib. IV. c. 37. S. 1. [vol. VI. p. 199. fqq.] Hic eft, de quo Iufinus Iunior gy. 85. ad Orthodox. Gentay To Deryeves avdei enizapero the two fleator diatertor: πάντων των έν ταις θείαις γραφαίς Φερομένων Εβραϊκών ονομάτων και μέτρων ή έρμηνεία. Laudat etiam qu. 82. Quod vero hebraicae linguae peritum Origenem feribit, hoc Eufebius quoque VI. 16. hift. atque inde Suidas et alii testantur, eum neu riv iBeaida ynwrrav in µager. Inprimis audiendus Hieronymus qui c. 54. Catalogi ait, eun contra actatis ?. gentisque suar naturam, hebrasam linguam edidie ffe, ita quidem vt, quemadinodum epistola 25. ad Paulam idem refert, Graecia tota in illo mirata fit, quod in paucis non dicam menfolier. led diebus ita hebraeae linguae viciffet difficultates, vt in discendis canendisque Pfalmis cum matre contenderet. Vincentius Lerinenfis p. 301. commonitorii de Origene : cuius scientias cum gracca contederent, hebraca quoque elaborata funt, fiue elaboratum ab eo est, vt hebraca et. Ac Iudaeos ab Origene de intelligentia facrarum litterarum confultos ex eoiam addifceret. dem Hieronymo et iplo Origene conflat: Certe etiam Origenes, inquit ille 1. contra Rufin. Patriarchen Huillum (an Hillelem?) qui temporibus sius fait, nominat, et tricefimum p. 137. tomum in Elaiam illius expositions concludit, et cum aliter prius sensifie se dicat, dostum ab illo id, quod eft., verius confitetur. Obsogefimum quoque nonum Plalmum, qui inferibitur Oratio Moyfi hominis DEI, et reliquos undesim, qui non habent titulor, secundum Huilli expositio-

1) Hoe vniuerse de illis temporibus, quibus raro aliquis Christianorum hebraica adtingebat, non de annis atque actate Origenis intelligendum. Ceterum ad virorum doctorum argumenta, quibus Origenem hebraice vel prorsus fuisse imperitum,

vel vix primas literas hebraismi adtigiste contendunt, non difficulter responderi potest, vt ex parte iam fecit Tillemontius nota 3. ad Origenis vitam. Fabr. y.-I. G. Walch H. E. p. 964. et Esnesti opusc. laudata p. 295. sq. Harl.

Digitized by

J1900e

Not. V. p. 22 1 225

ORIGENIS SCRIPTA.

Lib. V. c. I. 227

nem eiusdem Moyfi putat, nec dedignatur hebraeam feripturam interpretans per fingula loca. quid Hebraeis videutur, inferere. Origenes. in Exod. pag. 103. Philocaliae as ney éBeasos nuiv απήγγειλε. In Pial. 1. id. p. 22. χαριεςάτην παραδοσιν υπό το Έβραίο ήμων καθαλιτώς Reel Rasne Seias yea Ques Racaded uévny Reora Zouev. Et in epistola ad Africanun pag. 228. narrat, le de vocabulis hebraicis, reivo et orho in historia Sulannae respondentibus, non paucos Hebraeos confuluisse : un origois EBealois ave Béuny nur Davouevos, et pag. 229. μήμνημαι μέντοιγε φιλομαθει Έβεαίω και χρηματίζοντι σαρ αυτοίς σοθε υίω, ανατραφέντι έπι τω διαδέξασθαι τον πατέρα συμμίζας πέρι πλάσιων. In lerensiam homil. 19. P. 185. και πρωτον χρήσομαι παραδόσα Έβραική, έληλυθυία σε ήμας διά τινος Φυγόντος dia Thy Xeiss wisw [1] 'Beais drivori. Quod vero homilia 12. in Genesin legitur: Efau, ut aiunt qui hebrara nomina interpretantur, vel a rubore, vel a terra id est rubrus vel terrenus, vel, vt aliis visum eft, fattura dittus videtur, respicit librum Philonis Iudaei, qui ante Origenem interpretationem nominum hebraicorum fcripferat, de quo dicere me memini lib. IV. c. 6. num. 42. [vol. IV. p. 742. fq.] Fabr. In catal. codd. Angliae et Hib. tom. II. pag. 60. inter codd. Voffianor, nr. MMCCXI, fic citatur, Qrigenis feu Philanis, expositio nominum hebraic. et ib. p. 61. nr. MMCCL. Origenis lexicon, cum interpretatione vocc. hebraic. Harl.

9'.) Denique sub Origenis nomine prodiit liber primes re nara mador aletoew ilight for the second s versionenque et notar, quibus Origeni illud vindicata, addidit Iocobus Gronouius thefauri antiquitatum graecarum tomo X. p. 257. Lugd. Bat. 1701. fol. Minus recte videtur inferibi fragmentum Philosophumenon: nam Phelosophumena quidem, quibus sententiae philosophorum veterum phyficorum, ethicorum, dialecticorum et barbarorum fuccincte recenfeur, integra sunt, sed Philosophymens ists librum primum constituebant, adeoque fragmentum -funt maiorie operis, guod aduerlus haereles yniuerlas scriplerat auctor, nelcio quis, certe episcopus: neque enim umquam Origents, vel Didymar "), vel alius presbyter aut inferioris Ff 2 ordiais

w) V. Bandin. codd. gr. Medic, I. pag. 444. Harl.

v) Didymo Alex. Philosophumena, sub Origenia .momine edita, tribuit Christoph. Augustus Heumanness, sub litteris C. A. H. latens, in differtatione, inferta acus eruditorum A. 1710. p. 166. seq. et in schediasmate de libris anonymis p. 61. seq. vbi camdem de auctore philasophumen. coniecuram fuam produxit. Sed licet sectarum volumen ab eo edirum fuisse constet, tamen nec iple fuit cpiscopus. Actium auctorem suspicabatur Tho. Galeus. At de placitis philosophorum scripsiffe quidem Aëtium, ex Theodorito nouimus; sed They you hacrefium fcripfiffe, cuius hace philofophumena exordium sunt, semo veterum scripsit. Fabric. Conf. Walch. H E pag. 968 fq. Brucker , opusculum istud tribui posse: de qua re post ea in-hift, critica philos, vol. III. p. 437, fg. qui, exa- fermo erit. Harl.

minatis variorum V. D. coniecturis, censet, verum auctoris nomen effe incertum ignotumque. Wolfius in pluribus ad de la Croze exaratis litteris, (in Thesauro epistolico Lacroziano, tom. II.) de au-Store Tur Giloro Qualitar fuaque editione et p 45. et 135 de Heumanniana coniceura differit. Pag. 47. refert opinionem de la Croze, illud opusc. habere Irenaeum parentem: de qua suspicione verecunde dubitat Wolf. ratus, Hippolytum, genuinum Irenzei discipulum, Giloroq. haec praeceptoris exemplo non fine ftudio eius cogitata feribendi rationem imitandi exaraffe. Pag. autem 88. fcribit, se nouae quasso editioni additurum effe differtat. qua euicturum fe sperat, Hippolyto rectius, quamguam subdubie, quam Didymo Alexandrino.

Lib.V. c I.

ORIGENIS SCRIPTA.

Wol. V. p. 225 2 23

ordinis Clericus, nedum Aëtiur, ethnicus, (vt ex Theodorito non ab re colligas,) fcriptor de le dixillet, Sy ('Αποσόλων) ήμωτο διάδοχοι τυχχάνοντες της τε αυτής χάριτος μετέχοντες αρχιερατέας τε και διδασκαλίας και Φεθροί της έκκλησίας λελογισμένοι έκ όΦθαλμῶ νυξάξοuev. soi Noyov de Dov owmayev. Lieet vero haec verba non male forte quadrent in Epiphanium, qui episcopus fuit. et cui Philosophumena illustris Huetius p. 277. Origenianor. tribuit: fateor tamen, hane viri docti coniecturam parum mibi videri credibilem, quum aliud Epiphanii de haerelibus duplex opus exflet; vnum prolixies et alterum breuius; nec verifimile fit, tertibun etiam hoc de éodem argumento feriptum ab eo fuisse compositum, in cuius procensio mentio quidem fit alterius succinctae dogmatum haereticorum redargutionis, fed quae neutri Epiphanii fatis belle conuenire videtur. Adferibam verba, quoniam em-neatione ca indigere exillino: ών (aleerinur) και πάλαι μετείως τα δόγματα εξεθέμεθα, ε κατά λεπτον EnidelEarres, anda adequeens energearres, un ar ation (ita lege pro avation) nynoaueros IP Ta ลีงอุ่ทุกล ลบักฉีง es Ques ลี่yes, อีกws di ล้งงานลักลง ที่แล้ง เพริยแย่งอง กล่ อีอีEarta สอrois alozun Sevres etc." Post Gronouium cum eius versione et notis, nouisque suis animadversionibus Philosophumena haec separatim edidit amicus noster 10. Christophoras Wolfins, hodie Profeilor dignifimus in academia Witebergenfi, [postea oraculorum diu. interpres spud Hamburgenfes,] qui pro fuo in me amore librum hune mihi infcripfit. Hamburg. 1706. 8. ")

Euoluisse

w) Prima illa edit, nacha eft aduerlarium, de bia videtur, et forian Wolf. faam de Hippolyto quo conquestus Wolfins in epist. 2. anno 1710. feripta, ad de la Croze, p. 2. fq. thesauri epistol. contendit, a Gronouio textum gr, milere corruptum effe, (cuius rei specimen iam dederat in notis ad Calauboniana, Hamburgi, 1710. 8. pag. 312. collatione ad fidem Sancrofriani apographi einsdem codicis a Ioanni Ern. Grabio aceepta.) In epift. a. 1710, Witemb. fcripta p. 8, cogitat de nous edit. curis posterioribus illustranda. Pag. 45. in ep. 26. a. 1712. narrat, fe a Saluinio accepiffe collationem Tar Qilorop, cum ipfo cod. Mediceo inffitutam, quae sidem vel industriam Gronouii suspectam redderet, iis etiam locis, in quibus tam confidenter lectionem, 'tamquam in MSto inuentam, defendit: fibi, scribit, spem fa-Etam effe aliarum collationum, quas Montfauc. 'ex itineribus fuis reportauit. - Illis acceptis, promittit et illo loco et p. 87. spicilegium quoddam curarum nouarum: denique p. 91, cum epistola (49, Hamburgi 1715.) mittit exemplum supplementi, euris in Pfeudo Origenis philosophumena additi. Hoc ideo latius expolui, vt aliorum excitarem diligentiam et fortunam, mea meliorem. Nam mihi non contigit, vt vel exemplum, vel notitiam iteratae editionis et differtation, qua fusins demonftraret, Hippolytum videri parentem fuiffe opufculi, nanciferer. Atque iterata editio mihi du-

fententiam post hace mutanit. Equidem in manibus tantum habeo nougrum curarum specimen, sic infcriptum: Compendium historiae philosoph. antiquae, h. e. Pjeudo Origenis philosophumena. ex ibio MS. Mediceo', denuo collato et año Taurinenfi repetita vice emendata et nouis abtis-illuftrata. Ace. diff. qua contra uirum doctum oftenditur, Didymum Alexandrinum huius fcripti auctorem non effe, auctore I. Chftph. Wolfio, P.P. et h. a. Gymnafii Rectore. Hamburgi in 8. f. anni nota ; fed, vt ex epistolis ad de la Croze colligitur, circ. a. 1715. aut 1716. Textus gr. non additus eft notis eruditis. Wolf: vero vius eft collatione apographi cod. Medicei a Sancroftio fcripti et a Grabio accepti, quod ex alio cod. Mediceo fuspicatur profectum; tum collatione nous cod. Medic. a Salvinio instituta, cum huius animaduerff. porro le-Ctionibus cod. Taurinensis variis secum a Plassio communicatis. (In illo cod. inferiptio hace eft: Derylous warroun to vocurars. Sed in catal, codd. grace. bibl. reg. Taurines/. nulla fit illius codieis mentio.) Montfauconi collectio variarum lectionum e cod. Barberino afiisque in Italia codd. nefcio, quo fato, perierunt. Quia Gotefr. Richter in specimine observatt, criticarum in varios auctores et gr. et lat. (lenae 1738 8.) p. 76. fqq. loca quaedam philosophumenon face critica illuftranit : Wolf

Vol. V. p. 226

ORIGENIS SCRIPTA?

Lib. V. c. I. 220

Eucluiffe fe eumdem manu exaratum pridem teftati funt, vel fragmenta ex eo produxerunt Lilius Gyraldus dialogis de Poëtis et in aliis feriptis fuis, Conimbricenfes in phyfica Ariflotelis p. 176. Holftenius, qui edere etiam voluit, Io. Mabillonius in itinere Italico pag. 168. Allatius de scriptis Socratis pag. 81. Alexander Morus ad nouum foedus pluribus locis et in Efaiae LIII. praecipue, Menagius ad Laërtium, Caroli de Montehal Archiep. Thotofani codice vfus, ad lib. 1. feet. 34. 116. 11. 7. 9. 111. 8. 69. VII. 60. 149. 157. VIII. 34. 39. IX. 5. 19. 20. 30. 33. 44. 61. et 18. vbi Pfeudorigenem adpellat. [1. E. Grabius ad Iren. I. cap. I. p. 22.] Mont fauconus in Diario Italico p. 210. narrat, fe in bibliotheca Barberina euoluiffe Origenis Philosophumena in codice recenti, eiusque varias lectiones eruisse, et cum aliis codicibus contuliffe, vt ea opera purgatiora dare in promtu fit. Noui etiam, laudatum Wolhum in itinere, quod post editum hunc libellum in Belgium et Angliam suscept, alios codices vel apographa infpexiffe, et locis non paucis meliorem illum dare iam poffe.

1) Omitto fragmentum libri meel +8 navros, Origeni itidem fallo a quibusdam tributi, de quo supra in Hippolyto dictum est. Fabr.

In edit. de la Rue,' tom. I. praeterea reperiuntur

z'.) Origenis, quae supersunt epistolae, earumue fragmente, cum notis, pag. 1. faq. In admonitione generali praemissa paucis differit de nonnullis, quae partim supersunt, partim interierunt, epifiolis, v. quoque infra in catalogo scriptorum Orig. deperditorum sub Primo autem loco poluit de la Rue ex Cedreno pag. 253, et Suida in voc. Dervévne fiaem. fragmentum epistolae, quae Ambrolii ardorem erga facras litteras defcribit, cum versione lat. Aemilii Porti. - 2) Ex codem Suidae loco et Eusebio VI. H. E. cap. 10. fragm. episiolae aduersus cos, qui nimium eius studium erga graec. disciplinas reprehendebant, cum verf. lat, Henr. Valelii. — 3) Duo fragmența, latine; alterum ex libro II. Hieronymi contra Rufi_

Wolf, illa rettoesuit, et modo probauit, modo notauit-obelo: denique inferuit de la Croze obf. In subjuncta differt, vnice habet rem cum Heumanso, ciusque argumenta docte et operofe examinat reiicitque : nihil vero de Hippolyto; contra ornat quouis modo suspicionem, sb Irenseo profectum the opuiculum; neque tamen probat Illain, nec fuam facere constur. In vitima pagina feribit, Se in practat. Tois Qiloroque. ante hos jeptem annos praemissa laudare plures, qui hoc opuscul. MS. ad partes vocarint : atque id etiam fecit in praef, ad ed. a. 1706. Quomodo hace omnia conspirent aut expedienda fint, videant alis, nifi dixeris, curas illas diu ante fuisse chartis mandatas, quant tom I. pag. XIII. fqq. Wolfii argumenta, quibus is Gronouit non minus quan Heumanni opinionem constitutit, distingui non debere. Hart.

de auchore oppugnauit, recensuit et confirmauit. Idem in monito ad philosophum, p. 872, fq. contra Gronouium dimicauit, et peg 873. fqq. (eztum iplum gr. (cum inscriptione 'Qeryeres ve xare Russier algebreur ihlyge, Bishlier A.) *) reddicht ex_ lectt. codd. Medicei, Taurinenfis, Barberini et Otrobomani emendatum, cum paucis breaibusque fuis et omnibus Wolfi notis diuscia, versione Gronouii latina: Gronouii autem notas exhibuit p. 941. fq. - In cod. Monachiensi CXIX. (fecund. catal. codd. gr. p. 51. et Spizelium in arcanis bibliothecarum fectis retectis p. 178.) inoffe dicitur Origenis refutatio omnium haeresium : sed Wolf. in vltima pagina curaçum nou. f. compendii histoeo opere, cuius partem opusc. (philosophum.)

Digitized by GOOGLE

•) W. quoque Holften: recention. codd. optim. Medic, in Lilienthali felectis historicis et litterer. Regiomonti et Lipliae 1715. 8 p. 96.

Rufinum, alterum ex Rufini apolog. pro Origene, epistolae, quam contra aduerfarios suos a. C. 231, vel 232. post suum ex yrbe Alexandria discessium ad annicos suos exarauit Alexandrinos, contra cos, qui ipsius libros adulterauerant. Adiunctum est fragm. epistolae Alexandri, Hierosolymorum episcopi, ad Origenem, gr. cum lat. Henr. Valesii interpretatione. — 4) Sequentur epistolae Africani et Origenis de Susannae historia: v. supra, sect. 5. — 5) Orig. ep. ad Gregorium Thaumaturgum, scripta circit. 2. Chr. 240. grace. et lat. ex Philocalia.

 λ' .) Fragmenta librorum II. de resurrettione, (v. infra inter feripta deperdita.) duo priora lat. ex apologia Pamphili pro Origene: tertium, quod adfert Photius in biblioth. cod. CCXXIV. ex libro Methodii, qui contra Origenem feripfit dialogum de refurrectione, gr. ac lat. addito fragm. Methodii apud Epiphan. haeref. 64. denique Origenis fententia de refurrectione ex Hieronymi ep. 38. al. 61. ad Pammachium. Sed de la Rue in praef. VII. cum Huetio Origenianor. II. quaeft. IX. nr. 7. dubitat, verba, quae protulit Hieronymus, reuera Origenis effe.

 μ . Fragmenta tria, ab Hieronymo feruata, ex libris Stromatum, (de quibus infra in activita librorum dependitorum,) latine.

y'.) Ileei aexav. (v. infra, catal. librorum, latine tantum editorum, nr. 19. et de la Rue admonitionem p. 42. fqq. it. in praef. p. VII. vbi et in notis vitia Merlini, qui orationem graecam exemplaris MSSt. haud commode legendi Sorbon. male intellexit maleque vertit, patefecit.) Rufinianam autem interpretationem ad fidem fex antiquiflimorum MSStorum, n. Virodunensis, Corbeiensis, Colbertini, Sorbonici, monasterii de monte S. Michaelis in periculo maris et monaft. S. Remigii Rhemenfis, diligenter emendauit, et, quoties fe obtulit fermonis graeci, aut interpretationis Hieronymianae particula, eam e regione adposuit. Eiusmodi autem fragmenta numero funt circiter XLII, vario modo pofita. In admonitione indicatur, I) quo tempore, (n. antequam ab vrbe Alexandria migraret,) hos libros confcripferit Origenes, et quodnam fit vnius cuinsque libri argumentum; 2) quantam ipfi inuidiam concitarit ifiud opus; cuius hortatu, quo anno (n. a. Chr. 398.) et qua fide latine illud verterit Rufinus; 3) cur alteram Hieronymus adgreffus fit interpretationem. Textus graecus libri quarti, maximam partem e capite I. Philocaliae fumtus, collatus est cum tribus codd. regiis Parif. DCCCCLII. MMDCCCLXXVII. MMCCLXXIV. cum Coislin. nr. 226. et cum cod. Foucaut, Ex Orig. libris meel aexav collecti libri duo de incarnatione verbi ad Ianuarium, exftant in adpendice ad tom. VIII. Opp. S. Augustini, ed. Benedictin. p. 48. fg. ed. Amstelod. Harl.

[itemque auctor libr. *ile fide contr. Manich. c. i4. 15.* quem tamen locum Ipurium elle docet Beaulobrius tom. II. pag. 387. feq.] Meminit etiam lib. 1. Altor. cum Felice cop. 14. [atque Photius cod. LXXXV. et contr. Manich. l. 1. 5. 12. in quorum locorum priore ris groaugus commemorat, ab Heracleanó confutatos.]

Mingos Onoaugós. Epiphan. loco laudato, [quem librum non fine caula superionis epitomen exhibuiste iudicant.]

[P] Regi 'Asgodoylas. id. [Hunctamen in huius libri inferiptione commemoranda Aftrologiam cum Aftronomia perperam confudifie flatuit Beaufobrius 1. 1. pag. 429.] Aftrologiae iudiciariae fludium Manichaeis tribuitur in praefat. Arab. ad Concil. Nicaen. Confer Augustin. IV. 3. Confeff. et V. 7. VII. 6.

Episola ad Marcellum, virum illustrem, cum Marcelli responsione apud Epiphanium exstat LXVI. 6. ex Abis Archelai cum Manete p. 6. edit. Zaccagnii. [quam epistolam mirum profecto est, Beausobrium, cu gevriav horum Actorum acriter, vt supra diximus, impugnantem, tamen genuinam iudicare, 1. 1. pag. 94. seq. Lardnero contra 1. 1. pag. 502. seq. multa de ca dubia excitante.]

Epistola fundamenti Icripta ad aliquem, quem dilectissimum fratrem vocat. Eam fingulari libro confutavit S. Augustinus, cui tota passim inferta legitur ²⁴). "Vide et eiusd. Augustini Asta cum Felice Manichaeo [qui, cum Augustino certaturus, hanc epistolam ex omnibus, qui magistratus iustu ablati ipsi erant, codicibus, vnam sibi reddi volebat, ista enim, inquiens, (l. 11 c. 1.) epistola fundamenti est, quod et fanssitas tua bene scit, quod et ego dixi, quia ipsa continet initium, medium et finem.] et lib. de natura boni c. 42. 46. etc. Germanice illam Epistolam exhibet Godosredus Arnoldus in Historia sius Apologia haeressum tom. IV. p. 54. seq. Incipit his verbis: Manichaeus Apostolus Iesu Christi", prouidentia DEI Patris. Haec sunt falubria, verba ex perenni ac viuo sonte, quae qui audierit et eisdem primum crediderit, deinde quae infinuent custodierit, nunquam erit morti obnoxius, verum etiam aeterna et gloriosa vita fruetur. Nam profesto tantus est iudicandus, qui hac diuma instructus cognitions fuerit, per quam liberatus in sempiterna vita permanebit. De eo, dilessissime frater, audisti, de quo mihi significati, dicens, nosse et cupere etc. [Lardnerus 1.1, pag. 503. hanc epifiolam candem iudicat cum epistola ad Patricium a Iuliano in Augustini Oper. imperf. 7. III. s. 186. et 1. IV. c. 109. commemorata.]

'Επι50λων βιβλίον liue όμως. Vide formulam receptionis apud Tollium pag. 142. [itemque Cotelerium Clem. Recogn. 1. 1V. c. 27. et Timotheum in Meurlii Var. Div. pag. 117.] Petrum Siculum p. 30. [Ex his epifiolis praeter iam laudatos nominatim etiam faepe a lu-

Rr

84) Imo non totam, fed eius tantum initium Augustinum ibi exhibuisse, non temere iudicat Lardnerus *l. l. pag. 500.* Videtur enim libri magis, quam epistolae spatium impleuisse : quare inde etiam Augustinus eam librum adpellat *cap. 5.* cam-

que totum prene quad credant Manichaei, dicit continere. Keil.

x) Simile et aliarum eius Epistolarum exordium fuisse testis Augustiuus XIII. 4. contra Faufum.

Vol. 1/11.

Digitized by Goog

a Iuliano 1. 1. commemoratur epissola ad filiam Menoch, quam Augustinus, antequam eius a Iuliano mentio suffict iniecta, se prorsus dicit ignorasse.]

⁶Η τῶν ᾿ΛποκούΦων κοῦ ὁ τῶν ἀπομνημονευμάτων β!βλος, id. [Priorem librum Caueus in Hift. litt. fiript. etclef. tour. I. pag. 142. reconditiones Manichaeorum ritus, prachigias et religionis mysteria putat continuiste; posteriorem autem dictorum factorumque Manetis commentarios complexum este cum Tollio existimat, consentiente ipsi ca in re etiam Beausobrio 1.1, pag. 430. qui huius atque epistolarum libri iacturam magnopere dolet. Lardnerus vero 1. 1. pag. 507. librum hunc pro spurio habet, eumque a Manetis inimicis ipsi subictum fuisse flatuit.

Praeter hos vero libros *Philofophiam* quoque Manetem scripfisse, in linguam Persicam a se conversam tradit Ibn Shanna apud Th. Hyde dereligione veter. Persarum pag. 283. similiterque Photius etiam contr. Manich. 1. I. c. 8. itemque formulae Cotelerianae, (pag. 375.) et Tollianae (pag. 148.) auctor, fragmentum aliquod, nulla tamen libri, quo legatur, mentione addita, referunt, Manetis sententiam aliquam exhibens, qua Christo magis se misericordem este prositetur, cum se coram hominibus abnegantes fidemque pro salute mentientes non, vt ille, iterum stabuegaturus, sed blande potius et hilare recepturus; quod tamen fragmentum plutibus de causis falsitatis arguit Beausobrius tom. 11. pag. 796. seg. affentientem sibi ea in re nactus quoque Lardnerum 1. 1. pag. 506. Denique Alex. Lycop. contr. Manich. pag. 29. mentionem etiam initici fermonis cuiusdam Manetis de supplicio crucis, de quo tamen non constat, vtrum peculiaris fuerit liber, an in alio eius libro obuius fermo.

Hos autem Manetis libros nonnulli propter Augustini locum libr. XIII. contr. Faust. cop. 17. Persica lingua putarunt conferiptos fuisfe; at fyriace potius vel chaldaice eos scriptos fuisfe, cum diferte testatur Titus Bostr. contr. Manich. lib. I. pag. 99. tum alia etiam fuadent, de quibus vid. Walchii H st. haeres. Vol. 1. pag. 724. Keil.

Legis Christianorum libros a Manichaeo corruptos testatur Archelaus [c. 54.] p. 99. [itemque Titus Bostr. contr. Manich. I. III. pag. 139. et Leo M. Serm. V. in Epiph. cop. 4.] quanquam, Photio I. I. pag. 9 feq. teste, Manichaei in rextu ipso facro non multa immutarunt, τοϊς ξήμασι μέν και ενόμασιν έδεν μέγα παφαλλάττοντες έδε κατακιβόηλευεντες τέ λόγε το σχήμα (καθαπες Ουαλεντίνος και έτεςοι.) - τα ξητά μηδε παφευθήκαις μηδε προσθήκαις αναίδην λυμαινόμενοι. [Quare quae de corruptione, sed de argumenti potius illorum deprauatione, in peruersa corruptione, sed de argumenti potius illorum deprauatione, in peruersa corruptione, sed de argumenti potius illorum deprauatione, in peruersa corruptione et iniquo de ils iudicio illa potifilmum conspicua, intelligenda este recte monuerunt Fabricius in Cod. p/eudep. N. T. tom. I. p. 306., et Lardnerus I. I. pag. 742. feq. cum quibus cfiri etiam possunt Beausobrius I. I. I. II. c. 1. pag. 341. feq. vbi fingulorum quorundam locorum depravationis culpam nominatim ab iis amouere studet, et Walchius in hist. harres. Vol I. pag. 740. itemque Michaelis in Introd. in libr. N T. Vol. I. §. 49. pag. 305. feq. edit. 3tiae] Verum corruptos este libros facros Noui focderis calumniabantur

Digitized by GOOG

MANICHAEI FRAGMENTA

Ŧē

bantur, e quibus nonnullos plane repudisbant, vt Acta Apostolorum et quasdam ex illa secta epistolas, etiam catholicas⁸¹), Petri praesertim, vt qui CHRISTUM abuegasset. Idem Photius sib. I. et Augustinus de vtilitate credendi c. z. et 3. adde Rich. Simonis Hift. Crit. N. T. lib. I. prg. 7. seq. et 10, Millium in prolegomenis ad Nonum foedus, num. DCCXXVI. pag. 69.

[P] Fragmenta quaedam *) ex Epistolis Manetis *) sue Manichaei.

Ex cod. Collegii Ludonici Magni Soc. Icf. Parifiis, in quo multa veterum Patrum teftimonia congefta funt aduerfus cos, quae vnam duntaxat in Christo naturam confitentur, Cap. vlt.

- Μάι 8 Πέρσε ἐκ τῆς πρός Σεβηναν αυτέ ἐπισολῆς.

,

Μία τë Φατός έτιν άπλη χοι αληθής ή Φύσις, και μία αυτέ ή ένέργεια. το Φως γαρ έν τη σκοτία Φαίνει, και ή σκοτία αυτό έκ έλαβεν έ γας έσίας ήψατο σαρκός, αλλά όμοιώματι και σχήματι σαρκός έσκιάσθη, ίνα μη κρατηθή δια της έσίας της σαρκός κοι πάθη και Φθαρθή, της σκοτίας Φθειρέσης αυτέ την ένέργειαν την Φωτεινήν. πώς έν έπαθε, μήτε της κακίας κρατειμένης, μήτε της ένεργείας αυτέ σκοτισθείσης

Manis Persos ex epistola ad Zebenam. Vna lucis est fimplex et vera natura, et vna èius operatio. Lux enim in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Non enim essent est est est est est est est est carnis fuit obumbrata, ne comprehenderetur, ab essent est pateretur ac corrumperetur, tenebris operationem lucis corrumpentibus. Quomodo igitur passa essent, neque operationem esus tenebrae obscurauerint?

R r 2

\$5) Dubito equidem, cos vllum aliquem librum N.T. apertius dici posse altero repudiasse. Etenim certo sensu omnes dici possunt recepisse, id quod bene demonstrauie Lardnerus 1. 1. cap. LXIII. S. 4. part. II. Vol. III. prg. 652. feq. fed alio item seusu omnes quoque dici possunt rejecisse, quippe cum de omnibus parum honoritice statuerint. Nam Euangelia quidem neque a Icíu, neque ab Aposto lis, fed longo post horum actatem tempore ab ignoti nominis hominibus, iisque Semi-Iudaeis scripta, Apostolisque fallo subiecta suisse iudica. runt : reliquos sutem libros multis in locis a fraudatoribus dixerunt interpolatos fuisse, hincque ea tantum probarunt, quae cum ipforum placitis convenirent, reliqua autem fraudatoribus iftis tribuende effe dictitarunt, hincque nullum librum talcm dici poffunt recepisse, qualem catholica ecclesia habebat; qua de re inprimis legenda sunt, quae disputarunt Moshemius in Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 749. Seq. Ich. Dau. Heilmannus in Epift. de auttoritate libsor. N. T. apud Manichacos, inferta Opu/cul. cins ab Brn. Iac, Danouio editor. Vol. I. pag. 75. Seq. et

Chr. Franc. Guil. Walchius in Histor. haeref. Vol. 1. pag. 736. feq. Ex his vero sponte iam iudicati poterit, quo iure a nonnullis fucrit dubitatum, vtrum Manes et associate eius inter Christianos sint referendi, nec ne; de quo estrenda sunt, quae scripserunt Beausobrius L. I. L. I. cap. 7. S. 3. pag. 82. scg. Lardnerus I. I. pag. 509. scg. et Walchius L. I. pag. 710. scg. Keil.

y) Haec fragmenta ad doctifiimum virum Io. Ernestum Grabium cum magna harum litterarum iactura nuper die XIV. Nouembris anto 1711. extinctum missa pridem Parifiis a R. P. Michaële le Quien; beneuole mecum communicauit quondam Collega meus bonoratissimus Io. Fridericus-M'inklerus, in Gymnasio Hamb. Orientalium linguarum Professor, pictatis atque eruditionis laude celebratissimus.

2) Vti nomen Haerefiarchae in nominandi cafu iam Manes eft, iam Manichaeus, fie in genitiuo reperio non tantum Manis, Márerros, et Manetis, fed etiam Manae, vt in veteri versione Actorum Archelai p. 23.

Digitized by GOOGLE

Val. V. p. 285

TE aute in The auths in 1500 he.

Απλη Ούσις έκ αποθ: ήσκει, και σκια σαεnos & sauestay. Mar er Expor Exerre The Quσιν και ένέργειαν το Φωε μηδέν παθέσαν τω έπισκιάσματι της σαέκος έκ έχοντι Φύσιν κρα-78 HEXNY:

Ex cod. Regio Parif. MMCCCLXXVIII. ad calcem operam S. Nicephori CPol.

Mays ex The meos Exugiavor emisonne. er בהויציצמשדמן.

О de Të aibis Quites vies Thy ibian solar έν τω δρει έφανέρωσεν, Β δύο έχων φύσεις, άλλα μίαν έν τω ορατώ και αοράτω.

TE aute in the neos Kedaeov Saeannyov อัสเรอกที่ระ

Ιεδαίων βελομένων ποτε λιθάσαι τον Χει-הסי אמן דאה המפמיטעומה מטדשי דאי דטאעמי คร ร้ององ ส่งสงครั้ง, ร้อรเรีย รายสมัตร ราท สบรรี Bolar . TE argerate Quitos vios, not péros αυτών διελθών έχ ώρατο ή γάρ αυλος μορ-Οή συσχηματισαμένη το eldos της σαρκός, όρατή μέν έκ ήν, έψηλαφατο δε έδαμας. δια το μηδεμίαν έχειν ποινωνίαν την ύλην προς li, licet carnis forma cernebatur. το άυλον, είκαι σαγκός ώρατο μορφή.

דצ מטדצ לא דחב הפים טלמי להובסאחב.

Τών Γαλιλαίων δύο Φυσεις ονομαζοντων Lyen τον Xeison, πλατυν καταχέσμεν γελωτα, εκ εδότων, ότι ή εσία τε Φωτός έτερα έ μίγνυται ύλη, άλλ έσιν ακεαιΦνής, ένωθηναι έτερα εσία μη δυναμένη, καν δοκή ταυτα ournogay n'de re Xeise meconyceia croua. STI appellatio, per abusionem ita dicitur, έτι καταχρητικόν. Ετε eddes, Ere Bolas υπάε. cum nec speciem nec naturam fignificet. Suχον σημαντικόν, το δε ανώτατον Φως τοις έαυσώμασι σώμα, μία ών αύτες Guois το παν. monfrauit, cum fit vna vniverfum natura.

aa) Magister, quod Manes similia cum Valeneiusdem epiftolae mentionem etiam facit Eulogius apud Photium cod: CCLXXX. pag. 849. Ex eadem vero et duabus sequentibus epistolis nonnulla etjam afferuntur a Nicephoro, patriarcha, in Adp. Operum Io. Dama/ceni p. 53.

Eiurdem ex eadem Epistola: Simplex natural non moritur; et vmbra carnis non erucifigitur. Perpetuo igitur vnam naturam et vnam operationem lux habere perfeuerauit, nihil patientem ab vnbra carnis, quae naturam neutiquaim comprehenlam tenet.

Manis ex Epistola ad Scythianum (in aliis έτέςors δε Βαλεγτίνε τε διδασκάλε Μάνεντος . infcribitur : Valentini, qui Manis magifter **) fuit.) Sempiternae lucis filius propriam elfentiam in monte manifestauit, non duas habens naturas, sed vnam in visibili erin inuisibili.

> Eiusdem ex Epistolaad Cudarum bb) Saracenum. Com Iudaei aliquando vellent CHRI-STUM petere lapidibus, et sceleratam audaciam luam re ipla exequi, effentiam luam perspicue demonstrauit supremae lucis filius, et medius inter iplos digreflus non conspiciebatur. Immaterialis enim forma quae speciem carnis fibi configuraterat, non erat vilibilis et neutiquam rangebatur, quia nullam habet communionem materia cum immateria-

Eiusdem ex Epistola ad Odan; (an Addam vel Buddam?) Quando Galilaci duas naturas nominant arque in CHRISTO effer affirmant, effuse rideamus, nesciunt enim naturam lucis materiae alii non milceri, fed fincera eff ac fimplex neque vniri alteri naturae potett, licer illi coniungi videatur. Caeterum CHRIprema vero lux suis effentialiter inhacrens,. τέ συνεσιέμενον έδειξεν έαυτῶ έν τοις ύλικοις fibi ipfi inter materialia corpora corpus de-

ad Antirrh. contr. Epiphanidem, vt adparet ex tino docuit, non quod eum audiuit. [Caeterum, 'Anfelmi Bandurii Conspetu Opp. S. Nicephori, in Fabricii Bibl. gr. Vol. VI. pag. 670. edit. antiq: reperiundo.]

bb) Condarum Kordapor Labbeus in Con/petts:

Digitized by

Qui

Vol. V. p. 286

MANICHAEL.

Lib. V. c. I. 317

[1] Quicum Manichaeo faciebant, diffinguebantur in Elector et Auditorss. Ex Electis fuere duodrim magistri, quibus pracerat tertius decimus, snagistrorum princeps. Augustin. has ref 46. His fuceedebant LXXII, epilcopi, qui presbyteros creabant et diaconos. id. De Electis vide Epiphan. LXVI. 53. [itemque Phot. contr. Manich. 1. T. c. 14. et Petr. Sic. Hift. Maitich: pag. 30.] Hi velut de genere facerdotum habebantur. Augustin: XXX. f. contra Fauftum: Signaculo linus, oris et manus firmati, coniugio et carnibus ablinebant et nefas ducebant fruges manihus demetere 86). Augustin, hurrefi 46. Epift. 74-Epif. 270-tom. II. Opp. #1848. edit. Bened. Venet.] etc. 10. /g. de moribus Manichaeor. Dicli et Illuminati fiue Macarii 87) et Cathariftas 88), Agoniftas fiue Agoniftici. Longe inferioris conditionis erant Auditorer, [quos catechumenos etiam adpellat Epiphan. 1. 1. itemque Augullin, I. III.contr. lit. Petilian. c. 17. Opp. tom. IX. p. 307. et de moribus eccl. eathol. l. l. c. 35... Opp. t. I. p. 716 atque Tyrbo in Act. Archel. S. g. p. 150. edit. Fabr.] e quibus per nouem annos fuit Augustinus *). Nonnulli ex Manichaeis dicti Mattarii, quod iu mattis dormirent. Augustin V. s. contra Faufum. Fuerunt etiam in illis Solitaris Codi Theodof. XVI. s. lege 9. fiue Monachi, a Victore Vitensi lib. 2. memorati. Vocantur etiam Manichaei Eneratitae, Apota Sitae, Hydroparoftatae, Saccophori. Cod. Theodol. XVI. 5. lege 7. et 9.9°) Acuanitas ab Acua quodam Melopotamio Epiph. LXVI. 1. et Nicetas IV. 33. Damasceno anoviray, haeref. 66. Phantasmatici. Prudent Apotheof. v. 953: feg. Atimgani, Scal. ad Eufeb. pag. 241. ex Hift. Milecila, Cedreno, Zonara et Ballamone. Adde Nouellam Manuelis Comneni de Melchisedecianis, Theodotianis et Atinganis, memoratam Labbeo Bibl. nov; MSS. pag: 190. Pauliciani 91) fub extremum faeculi VII. a Paulo Samo

Rer 23

86) Vnde Theodorer haer. fabul. I. c.' 26 ctiam ridan f. perfetti dicuntur. Keil.

87) Horum mentio quidem fit apud August. de kaeref: cap: 46. ex lectione illius libri vulgari. Verum editores Benedictini propter Codicum au-Coritatem pro Macariis ibi posuerunt: Mattarios, de quo nomine mox dieirur. Keil.

\$8) Quorum obscoenos et maxime abominandor ritus quosdam commemorat Augustin. de haer. c. 46. de quibus videnda inprimie, quae observarunt Beaufobr. lib. IX. c. 7. tom. II. pag. 725. [qq. Lardnerus I. l. part. II. Vol. III. pag. 441. Jeq. et Moshemius in Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 894: seq. Keil.

· \$9) Quem funt, qui hac ipla de caula, quod auditor folum, non electus fuerit, in rebus ad hanc sectam pertinentibus pro teste minus idoneo cos edicto nominatim vid. quae observault Io. Geo. habeant: in quo profecto non omnino male flatuisse videntur, cum in Dijp, I. contr Fortun. 6. 3. Opp. tom. VIII. pug. 94: ipfe declaret, fe quid Electi faciant, scire non posse, cum non ex ipforum numero, fed auditor tantum fuerit; Caeterum de boe vtroque Electorum et Auditorum chrift. Vol. XX. pag. 369. /eq. Keil.

genere consulendi sunt, qui pluribus de co expofuerunt Beaufobrius 1. IX. c. 10. pag. 762. tom. II. Lardnerus I. I. pag. 430. Seq. et Moshemius I. I. §. 55. pag. 896. Jeq. Keil.

90) Ex quarum legum priore fimul adparet, cos ifte omnia Encratitarum, Aposacticorum, Saccophororum, Hydroparastatarum et Solitariorum nomina ideo fibi adfeiuisse, vt fub his nominibus latentes vim legum fibi aduerfarum effugerent. Multae enim, caeque admodum durae leges adversus cos ab Imperatoribus latae sunt, de quibus: videndi Tillemontius I. I. de Manich. art. XVII. tom. IV. part. II. pag. 813. Seq. Lardnerus I. I. pag. 425. seq, Walchius in hift. haer. Vol. I. pag. 408. feq. et Schroeckhius in Hift. eccl. chrift. tom. XI. pag. 256 Jeq. et tom. XVIII. pag. 64. fegq. De Diocletiani autem et Maximiniani contra Walchiue in Hift. eccle/. N. T. pag. 1209. Keil.

91) Si modo hi Manichaeis fuerint annumerandi, qua de re vid. quae observarunt Moshemius in: Institut. his. eccles. Sec. IX. part. II. cap. V. S. 5. pag. 351. feq. et Schroeckhius in Hift. ecclef.

Digitized by

haec

Samolateno (non prisco illo faeculi III. haeretico, fed) Ioannis fratre et Callinices, Manichaeae mulieris, filio. [quanquam alii ponus a Paulo quodam, Armeno, qui sub Instiniano II, floruit, eos fic adpellatos esse defendunt.] Ab illo Ioanne et Paulo dicti etiam. Haudoiwaviiral. De his Photius et Euthymius part. Il panopliae tit. 21. [itemque Petr. Sic. in Hift. Manich. cuius narrationem in epitomen redactam exhibet Weismannus in Introd. in Memorab. ecclef. Vol. I. pag. 704. feq.] Idem Photius fectatores huius haerescos nominat Baanem, a quo Baaviray. Basilium, Armenium Connum qui se vocavit Timotheum, Canacarem, Carbeam, Chryfocherem, Conftantinum, qui fibi isapoluit nomen Siluani, Pauli Apost. discipuli 92), Genesium, Pauli filium, qui et iple se Timotheum nominauit, losephum, qui se vocabat Epaphroditum, Michaelem, Sergiun, qui le Tychicum vocauit, a quo Seevioray, et ex cuius Epistolis quaedam Photius recitat, [contr. Manich. I. I. c. 21. apud Wolf. Anecdot. tom. I. pag. 12] quemque interemtum refert an. M. 6343. h. e. a. C. 835. Simeonem, qui se appellauit Titum, Theodotum, Zachariam, Zofimum. [Quibus Graecorum nonnulli addunt etiam Nicephorum et Michaelem Balbum, Impp. At quam exiguam illi ea in re fidem mereantur, bene demonstrauit Weisinannus in Introd. in Memorab. ecclef. Vol. I. pag. 813, feq. Caeferum de his Paulicianis inter recentiores scriptores inprimis conferendi sunt Moshemius 6.4. ot Schroekhius I. I. Vol. XX. pog. 364, Seq. et Vol. XXIII. pog. 318 Seq. Keil.]

[P] Manichaei nonnulli, quorum apud Veteres mentio 93].

Acuas, Mesopotamius, a que Manichaei dictir Acuanitae Epiphan. LXVI. 1.

Adamantur, Manichaei discipulus, Photio [lib. I. §. 14. pag. 54. edit. Wolfii in Aneed. grace ...

tom. I. voi in Nota observat Wolsius, Petrum Sic. pag. 30. eum Adantum vocare.] et aliis praeter Addam et Adimantum memoratus.

Addas sive Buddas⁵⁴), auctor pseudo Euangelii ⁹⁵), quod e Marci IV. 21. µódiov inferipsit, constutati a Diodoro, Cilice, libris XXV. [et Tito Bostrensi,] de quibus Photius Cod. LXXV. Fuit itidem vnus e duodecim Manetis discipulis ⁹⁶): caeterorum undecim

92) Chimuit ehim, vt observatum iam est a. Wolsio in Aneca. graze. tom. I pag. 15. hic inter Paulicianos istos mos, fraudis suspicionem aperte mouens, vt, suis ipsorum nominibus neglectis, virorum Apostelicorum nomina fibi adoptarent, coque ipso illorum simul personam sibi imponerent. K.

93) Similem corum Catalogum contexuit etiam Chr. Guil. Franc. Walchius in Hift. haer. Vol. I. pag. 800. Fabriciano partim auctiorem, partim vero etiam contractiorem, hocque nos ita vii fumus, vt feruatis quidem, afterifco tamen notatis iis, quos Walchius tanquam dubios omifit, non modo ab illo infertum Alypium et ipfi fuscipere. mus, fed et alios quosdam adderemus, quos hic illie commemorari vidifiemus. Nonnullorum, qui inter primarios effent referendi, mentionem etiam fecit Lardnerus I. I. c. 63. fett. 1. §. 4. part. II.

Vol. 111. pag. 403. seq. De iis vero, qui scripta quaedam ediderunt, nominatim disputauit Beausobrius 1. I. cap. VI. pag. 430 sq. Keil.

94) Hoc enim nomine adpellat cum Petrus Sie. in Hift. Manich. pag. 30. Keil.

95) Non accurate fatis hunc Adae librum Euangelii nomine fignificari, observauit Kleukerus übesdie Apocryph. des N. T. pag. 76. Keil.

96) Ab aliis tribus potifimum primariis Manctis difcipulis annumeratur, Archelao nimirum in Di/p. c. Man. cap. 53. Cyrillo Catech. VI. c. 37. qui Baddam eum adpellat, Epiphanio haer, LX/T. 5. atque Theodoreto haer. Jab. l. I. c. 26. vbi per librarii haud dubie errorem Aldas pro Adda dicitur, denique etiam Auctore Hiftor. haeref. Manichaeor. a Chriftph. Matth. Pfaffio cum LaChantii epit. Inftitutt, diuin, odit. pag. 183. vbi Abdas dicitur. K.

Digitized by Google

Vol. V. p. 263 264

CATALOGUS MANICHAEORUM.

Lib. V. c. I. 319

haec funt nomina apud Petrum Siculum et Photium lib. 1 contra Manichaeos [pag. 54: edit. Wolf. in Anecd. gr. tom. I.]: Adomantus', Adimantus, Agopius (male Alogius apud Timotheum, presbyter. pog. 452. edit. Combefilii) auctor Heptalogi, vide Petrum Siculum pag. 30. Aphthonius, Gauriabius', Hermat, Heraclides, Hierax, Sifinius, Thomas, Zaruas. Apud Epiphanium LXVI. 5. videtur male pro 18 effe foriptum xB ac fi XXII. habuillet difcipulos. In Anathematifmis a Iac. Tollio editis p. 142. Adamantus ille (Petro Siculo Adavros) bis dicitur Adas ⁹⁷), qui vna cum Adimanto foripferit contra Moyfen ac Prophetas. Praeterea caeteris additur Ariflocritus, auctor libri, cui titulum fecit Oeogo@icov, Baraeas, Hilarius, Innaeus, Ohympius, Paapis et Salmaeus.

- Adimantus, Manetis discipulus, contra quem scripsit B. Augustinus, quem vide etiam in libris de aduersfario legis at Prophetarum [itemque in Pfalm. Serm. 12. §. 1.] qui proprio nomine Addam dietum tellatur lib. 2. extremo [qua in re eum fequuntur etiam Tollemontius 1, 1. de Manich. art. XIV. tom. IV. part. II. p. 301. fq. Touttaeus in Nott. ad Cyrill. 1. 1. et Lardnerus 1. 1. pag. 407. fqq. qui hanc Augustini fententiam pluribus argumentis studet confirmare, parumque abest, quin librum, contra Moysen et Prophetas ab Adamanto foriptuin, eundem cum Addae modia indicet. Contra vero erroris ea in re Augustinum accusat Beausobrius I. II. e. 7. §. 5. tom. I. pag. 433.] Ille Adimantus folus post Maniehaeum stupendus dicitur Fausto 98), eiusdem sectae homini, de quo infra.
- Agapins, cuius feripta ad Vrainiam, vxorem, refert Photius Cod. CLXX/X. [in cuius locum vid. quae observauit Fabricius infr. Vol. 1X. rag. 436.] Vide et supra in Adda. [et quae de co commentati sunt Caucus in D ffert. de feript. eccles. incert. act. pag. 3. Beausobrius 1. 1. pag. 434. sq. et Lardnerus 1. 1. pag. 412. sq.]
- Alexander, Lycopolita, ex Lyco Thebaidis, Aegyptius, qui postea Manichaeos oppugnauit, [quare plura de eo dicentur infra, vbi de aduersariis Manichaeorum agetur.]
- [Atypius, quem ad Manichaeorum partes abripuit Augustinus, vt ipfe tellatur, Confess. 1. VI. v. 7. §. 12.]

Aphthonium, Hieracem et Heraclidem έξηγητας των Μάνευτος συγγεαμμάτων vocant Anathematismi Manichaeorum, a Tohio et Cotelerio editi [Philoslorgius autem. H. E. I. 3. c. 15. pag. 487. priorem tradit in disputatione, cum Aëtio instituta, victum, eaque ipla de causa ex animi aegritudine intra triduum mortuum fuisse.]

Arifloeritus, auctor libri quem infcripfit Ocore@lav, in que conatus est offendere, Ethnicif. mum, Iudaifmum et Christianifmum este vnum idemque dogma. id. [cf. Cav. Hist. litter. fcriptt ecclef. tom. I. pag, 143.]

[P] S. Augustinus, qui nouem annos 99) inter auditores Manichaeorum fuit, at diruptis et derelictis

97) Nefeio equidem, vnde hoc habeat Fabrieius, auctorem hörum Anathemati morum, vbi Adam commemoret, non eundem vitum, quem Addam alu dieunt, fed Adamant. m potuus voluisse Egmficare. Keik

97) Cuius auctoritatis, ipfi tributae, hud obfeurum documentum hoc eff, quod Beautobrius I. I. pag, 433. obferuaut, eum in Anathem. Prosperi

X. et XX. codem cum Manete loco poni, et num Spir. S. in hoc aut illo venisse dicendus fit, dubitari. Keil.

99) De isto nouem annorum numero,, in que commemorando ipse Augustinus non semper sibi constat, quemque hine viri estam docti varie constituerunt, inprimis videnda, quae ex scriptis eius observauit Lardnerus I. I. pag. 408. sq. Keil,

Digitized by Google

Vol. V. p. 288

tom.

Digitized by

licitis illorum laqueis catholicae ecclefiae gremio fe reflitutum gaudet c. 1. libri de duabus animabus et in aliis contra Manichaeos feriptis. [De ipfa vero conversione eius efr. quae ex ipfis feriptis eius collegit lo. Geo. Walchius in Hist. eccles. N. T. pag. 1459. sq. quaeque de eadem duputauit Schroeckhius in Hist. eccles. christ. Vol. XV, pag. 233. sqq. quibus vnum hoc nunc ad fere liceat, candem Augustini a Manichaeismo ad fidem christia nam conversionem Reformatis olim in exemplum, quod ad Rontificios redituri imitarentur, propositum suisse anonymo quodam in libro sci inferipto: Motifs de la Converfion de St. Augustin à la foi catholique pour fervir de modele aux Protestans Par. 1685. 12. de quo vid. Lourn, des Scav. eiusd. an. tom 11. pag. 382. Keil.

[Baracas, vid fupra in Addes.]

Buddar, Vide supra in Addas. Caeterum Buddae nomine apud Indos notari sapientem, iam supra notaui ex Andreae Mülleri Obseru. Sinic. pag. 16.

[Bundus, quem Io. Mal. Chronogr. pag. 410. sub Diocletiano Romae prodiissenarrat, et, negleciis Manichaeorum placitis, sua dogmata dicit inuexisse.]

* Coins, patriarcha Alexandrinus, Eutych. tom. II, Annal. pag. 148.

*Callinice, mater Ioannis et Pauli, auctoris Paulicianorum. Cedren. pag. 356.

- [Cerdo, quem Io. Mal. 4. 1. pag. 399. commemorat, et sub Tacito August. factis conciliabulis sub dogmata in volgus sparsifie narrat, Hodius vero in Not. ad h. 1. ipsum Manetem fuisse sub-fuisse sub-factor.]
- *Clementianns, qui Manichaei nomen femori suo inscriptum gestit, telle Victore Vitensi lib. II de perfecut. Vandalica.
- Constantius, qui deinde ad ecclesiam redit et Pelagianis fortiter resitit. Augustin. de moribus Manishasor. c. zo. Prosper in Chronico [ad cuius locum.vid. quae observauit Basnagius in Thesaur. Munum. eccles. tom. I. pag. 299.] et martyrolog. Rom. 30. Novembr.
- Fauflus, Milenitanus Afer, cuius Volumen [legem et prophetas maxime impugnans,] libris XXXIII. confutauit Auguflinus, [neque tamen totum, vt Caueus Hiftor, litter. foriptt. eccl. tom. I. pag. 344. et Beaulobrius I. L. tom. I. p. 224. flatuerunt, sed ex parte tantum, vt fert multo probabilior Lardneri fententia I. l. pag. 415. proposita, eaque Walchio etiam I. l. pag. 802. probata, iis inferuit: vnde ex his ipsis Auguflini libris breuem operis Fauslini epitomen exhibuit. Cel. Schroeckhius in Hist. ecclef. christ. Vol. XI. pag. 290-305. praeter quem de eodem opere confulendus etiam estimations in: Bibl. der Kirchenv. tom. IX. pag. 325. feq.] Episcopum Manichaeorum vocat V. 3. Confess. et nouem annos a fe auditum testatur e. 6. [Id vero cum in hoc Augustini loco minime tradatur, iure profecto fuo oscitationis cuiusdam in eo perlegendo nostrum accusauit Lardnerus I. I. pag. 419. qui omnino inc esti conferendus, cum et alia nonnulla, a Caueo et Beausobrio II. et. de hoc Fausto parum recte foripta, diligentius enucleauerit. Keil.]

Felix, cum quo disceptauit, quemque ad ecclesiam reduxit Augustinus, Honorio septimum Confule, h. e.a. C. 407. Vide libros duos Augustini de Attis cum Felice, [et Retr. L. 1]. e. 8.

Fortunatas, Manichaeorum presbyter, contra quem scripsit sine cum quo [de natura et origine mali] disceptauit per biduum, praesente notario, idem Augustinus Areadio Augusto secundum et Rusino Viro Clarissimo Coss. hoc est a. C. 392. [cuins disputationis Acta a notario excepta et ab ipso Augustino publici deinde iuris facta, extant inter Opera eius

220 Lib. V. s. I.

Vol. V. p. 288P289

CATALOGUS MANICHAEORUM.

Lib. V. c. l. 321

tom. VIII. p. 93. fq. edit. Ben. Venet. cf. Retraff. l. I. e. 15. feq.] Adde Poffidjum in vita Augustini c 6.

Gauriabias, Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Heraclides, Hermas et Hierax, Hilarius, Innaeus, Manetis discipuli. Vide in Adda et Aphthonio. Hermean a Manete millum in Aegyptum, Thomam in Iudaeam, et Addam eis Ta avareeina uéen, ex Archelao p. 22. scribit Epiphanius LXVI. 12. Quare si Thomas die apud Theodoret. haeret. fab. l. l. c. 26. in Indiam abiille dicitur, pro India Iudaeam iuxta Epiphanium legendam effe Aatuit Affeniannus in Bibl. Orient. tom, III. part, II. pag. XXVIII.] Addam contulifie fe in Scythiam, Thomam cum Manete. mansiffe, narrat idem Archelaus p. 98. Thomae Syriam, Addae Orientem obtigiffe, legas apud Epiphan. LXVI. 31. [Hieracem vero, praceuntibus Photio, Petro Siculo et Anathematismorum in Manichaeos auctoribus, falfo a Fabricio, quem hac in re fecutus etiam est Beausobrius 1. 1. 1. 11. c. 6. §. z. tom. I. pag. 430. seq. Manichaeis annumeratum fuille, pluribus docuerunt Lardnerus 1. 1. pag. 420. feg. Moshemius in Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 903. Sq. et Walchius in Hift. haer. Vol. 1. pag. 821.: _nec est fane, quod horum virorum argumentis opponas, nifi alium esse dixeris Hieracem, Manichaeum, et alium item Hieracam, haereticum, Hieracitarum antelignanum, ab Epiphanio, Augustino et aliscommemoratum. De hoc autem, qui ortu fuit Leon. topolitanus, plura Fabricius monuit infr. lib. V. c. 23. Vol. VIII. pag. 333. ed. vet. Keil. *Iohannes, patriarcha Alexandrinus, Eutych. tom. II. Annal. p. 187.

[lulia. mulier Manichaea, quae cum in disputatione cum S. Porphyrio, episcopo Gazensi, habita, blaspheme fuisset locuta, subita morte obiit, vt tradit Marcus Diaconus in vita S. Porphyrii; vid. Acla SS. Bolland. ad d. 26. Febr. tom. 111. Febr. pag. 658. feg.] Iuftus fine Iuftinus, contra quem exflat Victorini liber a Sirmondo editus.

Leucius Charinus, fiue Seleucus, Apocryphorum Actuum Apoflolicorum scriptor, de quibus dixi in Codice Apocrypho N. T. [tom. 11. pag. 768. Seq. et nos nonnulla etiam observavinus fupr. p. 183. quibus nunc hoc potifimum addendum, argumentis minime contemnendis a Beaufobrio 1. 11. e. 2. S. 2. tom. I. p. 349 feq. fuisse demonstratum, Leucium hunc nullo modo Manichaeis posse annumerari, eandemque sententiam probatam etiam fuilse Lardnero 1. 1: pag. 729. atque Kleukero über die Apocryph. d. N. T. pag. 183. Walchio vero non videtur certi quid ea de re persuaderi potuisse. Etenim Hist. haer. Vol. I. pag. 673. inter Montaniftas. cum commemoral, quanquam iple taleni cum fuiffe dubitat. post vero p. 802. in Manichaeorum numero locum ei adsignat. Keil.

Olympius. Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Pappus, Raines, coius apud Alexandrum Lycopolitam mentio. In Anathematismis Mani-[Cfr. quae de hoc Pappo observauit lac. Basnagius in chaeor. videtur dici Пaanis. Thef. monum. ecclef. tom. I. pag. 39.]

Phyle, presbyter, quem Manichaeorum fabulas populo DEI propokuisse indignatur S. Nilus lib. II. Epift. 321.

Romanianus, cui Augustinus libr. contr. Academie, infcripfit, quemque le primo flatim Capit. illius Tibri, Opp. tom. I. pag. 251. edit. Ben. Venet. in Manichaeorum superstitionem praecipitem dicit dediffe.] Vol. VII.

- Salmacus

Digitized by GOOG

Salmaeus, Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

- Sebastianus, Athanaf. tom. I. p. 704. [Praeter quem et alii scriptores mentionem eius iniicium, de quibus vid. Lardnerum I. I. pag. 427. sq. et, quem ille laudat, Valetium ad Ammian. Marcell. pag. 385. not. h.]
- Secundinus, contra quem scripsit Augustinus. Secundini ad Augustinum epistola praemittitur, quant germanice etiam exhibet Godsridus Arnoldus in Apologia haeressium tom. IV. pag. 158. vna cum Manichaei epistola et Fortunati confessione, quas vtrasque constuta Augustinus. [De hoc etiam Secundino praeter Tillemontium Mem. eccles. tom. XIII. pag. 450. inprimis effendus est Lardnerus 1. 1. pag. 428. qui et nonnulla Cauei vitia in huius viri enentione in Hist. lit. scriptt. eccles. tom. 1. pag. 286. commissa
- Sifinius, Manetis diffipulus et Petro Siculo teste diadoxos, [cui tamen repugnare videtur, quod in Archelai Aftis cap. 53. Archelao multa de Manete dicitur significasse, qua de re vid. quae observauit Lardnerus 1. 1. pag. 382.] Vide supra in Adda.
- Thomas, cuius meminit Alexander Lycopolita p. 4. Euangelium Apocryphum lub Thomae, apostoli, nomine composuisse legitur in Anathematismis Manichaeorum, et apud Petrum Siculum, [atque Cyrillum cat. IV. §. 36. et VI. 51.] Licet Evangelii Thomae iam apud Origenem mentio, qui ante Manetis haerelin diem obiit, [de quo vid. quae pluribus disputauit Beausobrius lib. II. c. I. S. 7. pag. 344. praeter quem de eodem Euangelio efrendus etiam Kleukerus über die Apocryph. des N. T. p. 72. fq. Omnino autem Manichaeos libros apocryphos, quibus vtebantur, non ipfos primum compoluiste, fed aliunde porius susceptifie, bene monuit Lardnerus I. I. pog. 730. [q.] Vide et supra in Adda et Heraclide. De Euangelio Philippi et infantiae CHRISTI, de Actis Andreae, apostoli, et aliis libris Apocryphis, vt epistola") ad Laodicenses per Manichaeos temere iactatis, dixi in Codice Apocrypho Noui Teft. [Quibus addenda funt, quae de iisdem Manichaeorum libris apocryphis disputarunt Millius in Proleg. N. T. n. 721. 199. pag. 68. (qq. Beaufobrius lib. 11. c. I. et fiqy. Vol. I. pag. 357. (q. Lardnerus I. I. cop. 63. fed. VI. S. g. part. II. Vol. III. pag. 717. Seg. et Walchius in Hiftor, haeref. Vol. 1. pag. 741. [eq.]
- Tyrbo, Manichaei discipulus. Epipitan. T. I. pag. 623. 624. 625. 625. 627. et 642. ex Archelai Actis cum Manete pag. 8. 9. etc. ad ecclesiam reductus et diaronus ordinatus ab Archelao. id. pag. 68. [Quod quam inverto in tam infirma istorum Actorum fide fundamento nitatur, sponte adparet, estque a Lardnero 1. 1. yag. 381. internis etiam argumentis quibusdam declaratum.]

Zaruas, Manetis discipulus. Supra in Adda.

Autores

cc) Epistolam Pauli ad Laodicenses inter seripta, a Manichaeis iactata, refert Timotheur, pre byter CPol libello de iis qui ad ecclesian ab haereticis veniunt, [pag. 117. edit. Meurí. quod tames viri

illius teftimonium de Paulicianis intelligendum, inque exiguo presio habendum elle monet Lardnerus 1. 1. pag. 667]

Digitized by Google

Auctores veteres, qui de Manichaeis, vel aduersus illorum haeresin, scripserunt 100). Dependitis praesixus est asterisius.

Anathematismi haereseos Manichaeorum, iis proponi foliti qui ab illa ad ecclesiam redeunt, ex MS. Regio graece et latine apud Cotelerium ad lib. IV. recognitionum Clementis c. 24. et ex Caesareo M[×]. [de quo vid. etiam Lambecius in Comment. Bibl. Vindob. lib. V. pag. 253. fq. Koll.] [V] in lacobi Tollii infignibus it neris stalici Traieli. 1696. 4. p. 126. [et Gallandi Bibl. PP. 10m. XIV. pag. 87. feq.] Wide et lac, Goarum ad Euchologium Grazcorum pag. 885. 890. feq. [et quae in hos Anathematismos commentatus eft Caucus in Hift. litt. feriptt. eccles. 1. pag. 143. feq. Walchio quidem in Hift. haer. 1. 1. p. 813. omnes hi anathematismi post Paulicianorum demum orum compositi effe videntur.

Praeter hos vero Graecorum anathematifnios extent etiam alii Latinorum, iique illis, vt videtur, antiquiores: quo pertinent: 1) Commonitorium de modo admittendi Manichaeos, quod inter Opp. Augustini exhibetur, tom. VIII. Adp. p. 37. fq. 2) Prosperi Anathematismi, Capitulorum Augustini nomine etiam inscripti, quos primus edidit Sirmondus in tom. II. Concil. Galliae, atque vna cum illo Commonitorio infervit etiam Labbeus Concil. tom. IV. p. 1658 fq. 3) Fragmentum Anathematismorum, quod ex cod. bibl. Ambros. fubiuncta in eos disquisitione edidit Lud. Ant. Muratorius in Anecd. tom. II. pag. 112. quodque vna cum illa Muratorii Disquisitione et duabus superioribus Anathematismorum formulis repetiit Fabricius ad calc. Opp. Hippolyti, tom. II. pag. 196. seq. et Gallandus quoque Archelai Actis cum Manete subiecit Bibl. PP. tom. III. p. 611-617. De fide autem et auctoritate horum Anathematismorum, inprimis Latinorum, cfrenda, quae observauit Beausobrius 1. 1. in Disser. prael. part. II. tom. I. png. 231. seq. Keil.]

Alexandri, Lycopolitae'); ex ethnico Manichaei²) atque inde ad ecclesiam reducti³) liber S s 2 $\pi e \sigma s$

100) Horum etiam scriptorum Catalogos nune ampliores, nunc contractiores, contexuerunt Tillemontius I. I. Manich. art. XVI. tom. IV. part. II. pag. 810. Jq. Lardnerus I. I. c. 63 Jcat. 1. §. 2. part. II. Vol. III. pag. 384. Jq. 10. Geo. Walchius in Hift. ecclef. N. T. pag. 1208. fq. et Chr. Guil. Franc. Walchius in Histor. haer. Vol. I. pag. 808. Jq. horumque postremus scriptores istos in classes quasdam redegit, earumque quatuor conflituit, corum nimirum, qui vel in historicis aut polemicis scriptis horum hacreticorum mentionem iniecerunt, vel in aliis scriptis contra illos disputarunt, vel denique in peculiaribus cos feriptis refutarunt, quorumque scripta vel perierunt, vel ad nos quoque peruenerunt. Nos vero cum noluerimus, nec potuerimus etiam commode, ordinem alphabeticum, a Fabricio delectum, relinquere; id potiffimum in hoc Catalogo illustrando iniun-Eum nobis esse existimabimus, vt cum scriptoribus iis, quorum Fabricius mentionem iniecit, quae observatu sint necessaria, adiiciamus, sum

vero etiam illos inferamus, quos vel ab iis, quorum nomina modo poluimus, commemorari vidimus, vel ipfi ab iis practermiffos obferuaulmus. *Keil.*]

1) Vtrum hoc nomine propteres fuerit adpellatus, quod patriam habuerit Lycopolin, vel, quod auctore Photio contr. Manich. I. I. § 11. pag. 36. tom. I. Anecd. Wolf. Lycopoleos epifcopatum tenuerit, deficientibus pluribus testimoniis historicis, vix poterit certo amplius definiri. Keil.

2) Gentilem eum fuisse, ex inscriptione operis ipfius constat, in qua quippe diferte dicitur inseldus is 19 1970. Verum post eum Manichaeum primum fuisse, nescio, qua anctoritate possit desendi. Certe in ipso eius libro nuspiam hoc dicitur, sed contrarium potius inde intelligitur, cum doctrinae Manetis notitiam cap. II. accepisse fe dicat and raw yrouglaur ra ardyds, non vero eius ipsum peritum fuisse tradat. Keil.

3). Christianum eum fuisse, magnopere dubitat Tillemontius I. I. tom. IV. part. IL pag. 813. eumque



zeos ra's Mavryais dezas aduersus Manichaeorum placita. Graece et latine e Bigotii Apographo edidit Combefilius tom. 11. auter. nouiff. Pari/. 1672. fol. [ex cuius editione librum hunc emendatiorem, vt dicit, atque nitidiorem, inque sectiones particum repetiit Gallandus Bibl. PP. tom. IV. pag. 73 - 88. Latine etiam habetur in Bibl. PP. maxima, tom. XXVII.] Exflat et MS. in Bibl. Caefarea tefle Lambecio tom. IV. p. 210. [pag. 462. edit. Koll.] Habuit et Allatius pag. 30. et 36. ad Hexadmeron. [acque Cel. La Croze, qui ex schedis Spanhemianis libri huius codicem mittere promiserat Io. Chrifloph, Wolfio, vt adparet ex Thefaur. ep ft. La Croz. tom. 11. pag. 229. Laudatúr etiam codex huius libri graec; inter Codd. Selleri in Catalog. libr Mfe., Augliae et Hibern. Vol. II. pag. 96.] Viaetur feripfille faeculo quarto [quod parum quidem certum effe dicit Beaufobrius I. I. pag. 236, contra vero certiflune constaret, fi verum haberi posset, quod Gallandus tom, IV. Prolegg. cap. V. pog. IX. defendit, Alexandrum hunc' Melerium in fede Lycopolitana proxime antecessifie; quem eundem locum inter Praefules illius ciuitatis, Photii auctoritate permotus, ei adfignauit etiam Le Quien in Or. Christ. tom. II. png. 597. Atqui quarto faltem feculo librum hunc fcriptum fuiffe, inde etiam videtur adparere, quod illius auctor, vt dixi iam, de Manetis doctrina ab iis fe edoctum fuisse tradit, qui eius familiaritate vsi fuissent.] Meminit Photius lib I. contra Manichaeos, c. 12. [E recentioribus praeter scriptores iam laudd. de illo videndus etiam est Caueus in Differt, de script, eccles, incert, aet, pag. 2.]

Cedrenus, [ad an. Conftant. Heracl. XIII. tom. I. pag. 432: edit. Fabrott.] Michael Glycas [Ann. part. III.] Autor Chronici Alex. [Olymp. CCIX. pag. 592. edit. Rader. et p. 251. edit. Du Fresn.] et Georgius Syncellus, [ad an. M. 5770. Incarn. 270. p. 386. edit. Goar.] Io Malala, [Chronogr. part. II. pag. 148. et 212.] Eutychius, [Annal. tom. I. pag. 387.] Gregorius Abulpharaius, [Dynaft. VII. pag. 130. fq. itemque Chronicon Edeffenum apud Alfemann. in Bibl. Orient. tom. I. pag. 393. quod nativitatem Manetis ad. an. Graec. 551. Chr. 240. refert,] et alii Annalium fcriptores.

*Apollinaris, Laodicenus. Epiphan, LXVI. 21.

Archelai Acta cum Manete latine versa exstant, de quibus supra 4). Ad haec acta B. Ittigius recte referebat, quod auctor libelli Synodici, a Pappo editi, [cop. XXVIII. pag. 193.] memorat Contilium Messionamicum, quo Manes dannatus suerit, [quod tamen minus recte Contilium adpellari, bene monuit Walchius in: Entwurf einer vollstand. Histor. dar Kirchenversamm. pag. 116. [q.]

Arium

eumque gentilem potius philosophum fuisse adfirmat; hancque eius sententiam multo pluribus adhuc argumentis, ex ipso libro eius depromtis, confirmare studuit Beausobrius I. I. pag. 236. 59. At propter Photii testimonium, diserte eum episcopum adpellantis, -hanc sententiam minime probari posse iudicauit Semlerus in Introd. ad Polem. Baumg. tom I. pag. 272 not. 284. similiterque nec Lardmerus I. I. pag. 386. certi aliquid ea de re pronun-

ciare aufus eft. Reil.

4) Vbi quae nos observausimus, iis iam hoc addimus, Beausobrii sententiam de horum Actorum 2026 multis refellere studuisse Petr. Thom. Cacciari in Exercitationibus in unin. S. Leonis M. Opera, de haer. Manich. lib. 1. c. XIII. pag. 90. Jq. quem librum dolemus serius demum ad manus nostras peruenisse, quam vt eo in superioribus vti potuissenus. Keil.

Digitized by Google

Vol. V. p. 290 291

[Arium Manichaeorum aduerfariis, exiguo tamen, vt equidem arbitror, iure, propterea annumerat Lardnerus 1. 1. pag. 400. quoniam apud Epiphan. LXIX. 7. Manetis de filio doctrinam, prégos oposition re marges eum dicentis, improbasse deprehendatur.]

Athanafiur; Alexandrinus, lib. contra omnes Haerefes tom. I. pag. 1082. feq. [tom. III. pag. 230. fq. edit. Ben.] Inter Manichaeorum oppugnatores Athanafium laudat Epiphanius LXVI.
21. [quem forfitan illum ipfum libr. contr. haeref. locum in animo habuisse fusicatur Walchius in Histor. haer. Vol. I. pag. 809. de quo tamen magnopere dubitauerin, cum librum istum Athanatio fallo tribui, a plerisque fere concedatur, ideoque in Benedictioner inter supposita eius scripta fuerit relatus.] Vide et infra in Se. rapione.

Auctor Praedestinati, haereli XLVI. [quem librum exhibuit etiam Gallandus Bibl. PP. tom. X. pag. 355.

Autior historiae haereseos Manishaeorum a Christph. Matth. Pfassio cum Lastantii Epitom. Institutt. diu. editae Paris 1712. 8, quam historiam Pfassius quidem Proleg. §.38, ex Actis Archelai cum Manete excerptam esse statuit, assentiente ipsi etiam Heumanno in Att. Erudit. Lipsiens. an. 1713. pag. 72.]

Augustinus de haerefibus c. 46. et in pentateucho ⁴⁴) tom. I. variisque scriptis in tomo VI. antiquiorum, et octauo nouse editionis, a monachis Benedictinis curatae, [vbi tamen lib. de fide, Eucodio vindicandus, et Commonitorium de modo admittendi Manichaeos, recte inter supposita scripta referuntur. Horum omnium vero scriptorum contra Manichaeos fummam et argumentum breuiter quidem, sed accurate tamen atque diligenter enarrauit Schroeckhius in Hist. eccles. christ. Vol. XI. pag. 265. — 310. et pag. 311. illorum etiam fcriptorum eius mentionem iniecit, quae non quidem confulto Manichaeis sute oppofita, sed in quibus multa tamen contra eos disputantur. De pretio autem et side horum feriptorum Augustini praeter ea, quae a Schroeckhio I. I. funt observata, consulenda etiam funt, quae scripsit Beausobrius I. 1. tom. I. pag. 227. 549.]

[Avianna, vel Abu Ali-Ebn-Sina inter cos, qui Manetis doctrinam impugnarunt, commemoratur, vt notatum Beaufobrio l. l. pag. 238. ab Abulpharagio in Hiff. Dynaft. p. 83.]

- *Bafilii I bruin contra Manichaeos laudat Augustinus lib. I. contra Iulianum Pelagianum, [rap. 5. §. 16.] tom. VII. pag. 944. [tom. X. pag. 505. edit. Ben. Ven.]
- [Bud, Periodeuta, quem librum aduersus Manichaeos scripsifie tradit Ebedielu, episcopus Sobensis, in Catal. script. Syriac. apud Assemannum in Biblioth. Orient. tom. III. part. I. pag. 219]

[Chrysoftomus, qui saepe in scriptis suis in Manichaeos inuchitur, de quo vid. Montsaucon. in Prarf. ad Opp. tom. VII. n. 3.]

Cyrillus, Hierosolymitanus, Catechefi VI. [quem tamen in iis, quae de detessando quodam Ma-S & 3.

da) Pentateuchum Augustini Paulinus vocat epi- chaeps, de libero arbitrio, de Genefi, de morifiola 4. hos eius quinque libros aduoríus Mani- bus Manichaeorum et de vera religione-

Digitized by GOOS

326 Lib. V. c. 1.

SCRIPTORES VETERES

[Ephracm

Digitized by

nichaeorum in S. Eucharistia celebranda ritu narrat, nullam fidem mereri, non sine causa monuit Beausobrius lib. IX. c. g. tom. II. pag. 748.]

- Io. Damascenus haeresi LXVI et dialogo contra Manichaeos, quem post Emanuelis Margunii Graecolatinam edit. Patau. 1572. Io. Leunclauius etiam viraque lingua edidit Basil. 1578.
 8. cum Manuelis Comneni legatione ad Armenios, aliisque scriptis. [Hunc vero Dialogum Iac. Billius et Combessifius Damasceno tribuendum esse, propterea negarunt, quoniam metaphoricus tantum, non proprius inferni ignis in eo defendatur, qua in re iis accessit quidem Oudinus in Comment. de script. eccles. tom. I. pag. 1724. contra vero reflitit Mich. Le Quien in Admonit. in hunc Dial. Opp. tom. I. pag. 407. huiusque sententiam probarunt etiam Beausobrius tom. I. pag. 232. qui tamen de pretio huius Dialogi non admodum honorifice statuit, et Schroeckhius in hist. eccl. christ. Vol. XX: p. 372.]
- [Daniel Rhefinae, quem orationes aduersus Manichaeos edidisse, testatur idem, cuius modo mentionem iniecimus, Ebediesu in catal. libr. eccles. vid. Asseman. 1. 1. p. 223.]
- Didymus, Alexandrinus, contra Manichaeos, cuins fragmentum latine ex Turriani verfione vulgauit Posseuinus in apparatu S. ad calcem literae D. et Canifius tom. V. Antiqu. lect. [pag. 17. frq. hincque in Bibliothecas quoque PP. Col. et Lugd. tom. IV. translatum eft:] item graece et latine ex Emerici Bigotii, quod ex Italia attulerat, apographo Combefilius in authorio nouillimo bibl. patrum Parif. 1672. fal. part. II. pag. 21-32. [itemque Iac. Basnagius in Nov. edit. Antiq. left. Canifii tom. I. pag. 204 feq. Recentifime autem Combefilii editionem Basnagiana, vt dicit, accuratiorem, repetiit Gallandus in bibl. PP. 1 tom, VI. pag. 309. [eq.] Integrum hunc librum ad nos havd peruenisse, argumento eff, quod in Damasceni parallelis ex Didymo contra Manichaeos quaedam allegantur, quae in editis non extant. [Qua ipla de caula Combefilius quidem 1. 1. parum abfuit, quin fcriptum hoc Didymi, Alexandrini, effenegaret. Verum bene eum refutauit Basnagius in Admonit. Icripto huic praemista 1. 1. praef. S. 13. p. 203. qui omnibus id potius partibus suis sonstans esse iudicat. Summam vniuersi operis paucis enarrauit Schroeckhius in hiff. scelef. thrift. Vol. VII. pag. 83. feq. et Vol. XI. pag. 263. feq.] Graece locum produxerat etiam Petrus Pofinus ad Nili epiftolas pag. 342. [MS. etiam extat in biblioth. Vindobonenfi, telle Lambecio Commentar. 1. IV. pag. 50. edit. Kollar. qui in Not. subiecta contra, guam Gallandus, editionem huius scripti Basnagianam Combefisiana multo diligentiorem indicat.]
- Diodori, Tarfenfis, Cilicis, libri XXV. contra Manichaeos et Addae µódiov Phot. cod. LXXXV. [Theodoret. hasr. fab. l. l. c. 26. et Ebediefu l. l. qui librum hunc Diodori, aduersus Manichaeos scriptum, inter eos refert, qui non suerint, vt alia eius scripta, ab Arianis combusti, sed adhuc remauserint, eumque adeo haud dubie syriace versum habuit. Vid. Assenan. l. l. pag. 29.]
- **Ecbertus**, Schonaugiensis coenobii monachus et presbyter medio seculo XII. clarus in fermonibus XIII. aduersus Catharos et excerptis ex Augustino contra Manichacos. Colon. 1530. 8. et in bibl. patrum Lugd. tom. XXIII. [pag. 600. et 631. itemque apud Gallandum in bibl. PP. tom. XIV. p. 447. seq.]

CONTRA MANICHAEOS.

Lib. V. c. I. 327

[Ephraem, Syrus, qui în feriptis luis variis in locis in Manichaeos inuchitur, quorum hos nominatim laudat Walchius I. I. pag. 809. Serm. I. pag. 438. tom. 11. Opp. fyriac. Serm. III. p. 443. Serm. VII. pag. 449. Serm. XIV. pag. 468. Serm. XXII. pag. 485. 487. 488. Serm. XXIV. pag. 494. Serm. LI. pag. 550. Serm. LVI. pag. 560. Cfr. etiam Alfeman. in bibl. Orient. tom. I. pag. 118. feq. et pag. 145. itemque tom. III. part. I. pag. 63.]

Vol. V. P. 191

- [Epiphanius, loco sepius laud. hasr. LXVI. de cuius narrationis pretio et auctoritate vid. Beausobrius tom. 1. pag. 225.]
- Euodii, Vzalensis, liber de fide contra Manichaeos exsist inter Augustini Opera tom. VIII. edit. Benedictin. Adpendice pag. 26. edit. Amst. Confer Sirmondum e. 1. hift. Praedestinationae. [vbi hunc librum propter codicum auctoritatem Euodio tribuendum esse doce
 - tur. Attamen Tillemontius Memor. ecclef. tom. XIII. in vit. August. pag. 451. seq. parum abfuit, quin Augustino eum vindicaret.]
- Eufebius, Caefareenfis, VII. 31. hif. et forte in fingulari opere deperdito, quia ab Epiphanio LXVI. 21. inter Manichaeorum oppugnatores refertur. [Hunc enim parum probabile effe iudicat Walchius 1. 1. pag. 808.] vnum illum hift. ecclef. locum in animo ibi habuiffe. Contra vero Basnagius in Praef. ad Canifii lect. antiq. cap. I. S. 16. tom. I. pag. 7. per errorem Eufebium hic ab Epiphanio commensoratum fuiffe defendit.]
annum Christi 439. Rufini ") primo fidem fequutus, postea [P] ex metioribus, in quae incidit, monumentis emendauit, quae perperam ille tradiderat, et librum primum ac secundum, quibus pleraque Rufini expresserat, de integro nouos fecit. Patilin quoque ostendit, multum se tribuere Sabino, Macedoniano "), a quo et ipso subinde deceptum, viri dosti arguunt. Merito tamen iudicii et industriae laus ei relinquitur, quam pro ceteris argumenti illius scriptoribus Socrati Valesius vindicat. Socratem libenter sequitur Sozomenus; ne de Nicephoro dicam, qui integrum prope in historiam fuam transtulit.

[De codd. msst. quaedam praemittere iuuat. Florentiae in cod. Mediceo V. nr. 1. plut. 69. Σωχράτες σχολασικό Η. E. libri feptem cum fcholiis ad marginem politis, — — tom. I. vsque ad cap. 27. cum fcholiis, in cod. VII. eiusd. plutei. — in cod. VII. nr. 2. plut. 70. libri VII. cum fcholiis, de quibus notata digna adtulit Bandin. cat. codd. gr. II. pag. 625. 627. et

m) Rufini libros duos historiae ecclesiasticae, quos' ab Arii initio ad Theodofii M. obitum productos non accurato valde studio, atque, vt Valefio in vita Socratis videtur, memoriter compofuit, inscripsitque Chromatio, Aquileiensi episcopo, e latino graece verterunt Gelasius, Caefarcenfis, et Cyrillus, Hierofolymnanus, fi credimus Photio. cod. LXXXIX. Rufini hiftoria vfum fe fuisse teftatur Socrates 1 b. II. 'cap. 1. nec diffitetur in libro primo 'et secundo historiae suae, vestigiis ipsius prius institute. Sed postea Athanasii scripta et clarorum illa actate virorum epistolas nactus, intellegit, pleraque a Rufino tradi perperam et falfo; itaque totum suum librum primum et secundum neir dubitauit aroden unayopeusey nouos ex integro diffare, atque locupletare fibello depositionis Arii, et imperatoris Constantini epistolis. Socratem vium fuisse graeca Rufini versione contendit Henr. Dodwellus de iure Laicorum sacerdatali, pag. 279. Theodoritum Pelauius in diatriba de potestate consecrandi p 83. atqui ambo vnum locum Rufini diuerfimode interpretantur, itaque faltim alteruter spforum functus ipfe loco interpretis fuerit. In actis septimae synodi sue secundae Nisenae, sclione prima tom. III. edit. Binianse p. 494. adferuntur quaedam graece ex Rufini hiltoria ecclesizitica; verum quae non apud Rufinum, fed Socratem lib. II. cap. 27. et 38. iisdem verbis leguntur, vt etiam Valefius observauit. At enim. quod ab illo viro doctiflimo est omissum, in jisdem Actis pag. 491. producitur graece locus lon-RIOT in THE EXXXNOIASIANS isoplas PEGine mperbution Pujuns ad verbuin translatus ex Rufini lib. I. hift. cap. 28. feq. Fabr. Conf. Fontaminum in hiftoria litterar. Aquileiensi p. 350, sq. qui practeren

notat, Valefium et Fabricium noftro loco quae-'dam plus aequo exaggerafic." Harl.

n) Godfridus Hermantius praef. ad vitam S. Athanalii: Plusieurs celebres auteurs de nostre fiecle avoient deja remarque un tres grand nombre de fautes dans l'histoire de Socrate, dont Sozomene n'a presque esté que le copiste. Et en effet cet Historien alant suini en plusieurs rancontres un ancien auteur nomme Sabin, de la feste des Macedoniens, il ne faut pas s'etonner, qu'il le soit égaré sous la conduite de ce guide, que l'on peut presumer raisonnablement, n'avoir pas este fort fidelle. De Sabino illo, Macedonianorum Heracleae in Thracia episcopo, cuius ours-Ywyir Tar ourodisin fine aftorum fynodicorum collectionem, (a concilio Nicaeno vsque ad Valentis tempora, sub quo vel sub Gratiano scripsifie videtur,) laudat Socraies pag. 22. 31. 92. 95. 146. 182, 204. 224. 23f. Illam MStam CPoli ante hos centum et quinquaginta adhuc annos latuifie, ex Veiderio notat Poffeuinus in adpendice ad apparatum facrum., Plura de Sabino vide apud Tillemontium memor. hift. ecclef. tom, VI. parte 2. p. 504. feq. Stephanum le Moyne ed varia fa-era p. 783. et Ittigii historiam concilii Nicaeni p. 38. leq. vbi refellit Sandium, qui in nucleo hift. ecclef. p. 166. Sebino illi tribuit ourquerie ng ingesiv tur uyiur nuour ourodur, quam Rauius ex oriente feçum adtulit, atque Viferius refert ad Photium, Tyri cpiscopum, qui interfuit concilio Chalcedonenfi. Anonymum vocat Seldenus pag. 68. 89. ad Eutychii Origines Alexandrinas. Fabr. Adde infra, Vol. XI, p. 25, rd, yet. Harl.

Digitized by Google

Vol. VII.

627. et 668. — lidri VII. in cod. Marc. Venet. CCCXXXIX. (v. cat. codd. gr. p. 156.) ---fecundum Montfauc. bibl. bibliothecar. msst. I. p. 703. Socratis, Euagrii, Sozomeni et Eufebii H. E. - II. p. 1131. C. in bibl, San: Germanenfi, H. E. tripartita et in voum collecta ex Socrate, Sozomeno et Theodoreto, in latinum translata a Calliodoro, senatore, et Epiphanio. — pag. 1246. B. in bibl. S. Petri Carnutinfi, Socratis, Sozomeni et Theodoreti H. E. p. 1287. E. iidem in bibl. Divio-Bonigniana. — p. 1360. iidem et Eusebius, in bibl. monast. S. Michaelis, p. 1368. in bibl. Clareuallenfi H. E. tripartita, a Theodorito, vna cum Socrate et Sozomeno, graece scripta, a Cassidoro, senatore, collecta et in compendium redacta: ---Pari/, in bibl. publica Socr. H. E. in cod. MCDXLIII. — Socratis fragm. de Acacio, Amidae episcopo, in cod. CML, nr. g. - Socr. H. E. libri VII. eiusd. de adparentibus differentiis quarumdam observationum, in cod. Escorial. teste Pluëro in itiner. per Hisp. p. 189. -H. E. ex Socrate, Sozomeno et Theodorito in vnum collectae, ab Epiphanio, scholastico, translatae, inter codd. Vossianos, Leidae. (catal. p. 373. nr. 62.) — In M. Britannia sec. catal. codd. Angliae etc. in cod. Bodlei. CXLII. e Sozomeno excerpta: his adiunxit Theodorus ea, in quibus Theodoretus et Socrates ab eo discedunt. --- inter codd. Guil. Laudi, nr. DCCCLVIII. Socratis H. E. libri XII. latine. — In cod. Vindobon. caefareo XVII. eft vita Chryfostomi, cui index praefixus est vetustorum auctorum de vita Chryfostomi, ex quibus anonymus fuam excerpfit narrationem atque primo loco nominatur Socrates, historiographus ecclefasticus. conf. Lamber. comment. VIII. p. 635. sqq. ibique Kollar. et Montfaucon praefat. tom. XIII. Opp. Chryfoftomi pag. IV. et V. Harl.]

[7] Gracce primus hos libros vna cum Eusebio, Sozomeno, Theodorito, eclogis Theodori, lectoris, atque Euagrio in lucem edidit Rob. Stephanus. Paris. 1544. fol. typis regiis. Fabr. In bibl. Leidensi est exemplar ed. Stephan. manu Scaligeri infinitis in locis conferiptum et emendatum ex V. C. et aliud exemplar, cuius margini multa funt adscripta. Harl.

Latine primus quodammodo vertit Socratem, Sozomenum et Theodoritum, in vnum corpus historiae tripartitae, libris XII, distinctum, contrahendo, Epiphanius Scholasticus, sub fexti faeculi initia, aufpiciis Caffiodori, qui hoc teftatur in praef. ad illam hiftoriam, et cap. 17. libri de diuinis lectionibus. Historia illa tripartita vsus iam medio fexto faeculo fuit Liberatur, Carthag. archidiaconus, in breuiario hist. Nestorianae cap. 2. At Rufinum ex historia tripartita suam Eusebii continuationem hausisse, error est B. Rhenani, ab Ittigio pag.' 732. de bibliothecis patrum recte notatus, quum Socrate iplo, Theodorito ac Sozomeno antiquior Rufinus fuerit. Prodiit historia tripartita Parifiis fine anni nota in octavo apud Francifcum Regnault, et postea ex Beati Rhenani recognitione Basil. 1523. 1528. 1533. 1539. 1568. atque Francof. 1588. fol. vna cum historia ecclesiastica Eusebiana, quam Rufinus vertit et duobus libris continuauit. Denique Io. Garetius, monachus Benediclinus, in noua Operum Caffiodori -editione hiftoriam tripartitam ad MSS. codd. recenfuit, et locorum Socratis, Sozomeni et Theodoriti, quae Epiphanius interpretatur, paginas, ex Valefiana editione, vtili instituto adnotauit, Rothomag. 1679. fol. Gallicam verfionem Ludouici Cyanei, Parif. 1568. fol. apud Aegidium Gourlinum excufam, memorat Franciscus a Cruce in bibl. gallica pag. 293. Germanice cum Eusebio et Rufino, Casp. Hedione interprete, prodiit Tripartita Argentorat. 1545. fol.

Hhh

Verfio

Digitized by GOOGLE

426 Lib. V. c. T.

SOCRATIS HIST. ECCL.

quem-

Digitized by GOOGLE

- Versio latina Wolfgangi Musculi prodiit Basil. 1549. 1557. 1594. fol. cum Eusebio, Sozomeno, Theodoro, lectore, Euagrio atque Dorothei Tyrii vitis Prophetarum et Apostolarum ex eiusdem Musculi interpretatione, et Theodoriti hist. eccles. ex versione Ioach. Camerarii.
- Iohannis Chriftophor soni, Cicestriensis episcopi, qui Eussium, Socratem, Theodoritum, Euagrium, et exceptis tribus postremis libris, a Suffrido Petri suppletis, Sozomenum vertit, sed ad Socratein interpretandum nullos, vt obsernat Val sius, codices MSS. adhibuit, Paris. 1571. Colon. 1570. 1581. sol. et ex Io. Iacobi Grynaei recognitione [1] atque cum eius notis Basil. 1570. sol. et apud °) Sebast. Henricum Petri 1611. sol. Socrates et Sozomenus ex Christophorsoni versione, cum Suffridi Petri supplementis scholiisque, in bibliothecis patrum tom. V. Colon. et tom. VII. Lugd.
- Gracce et latine Socrates cum Christophorfoni versione, iunctus Eusebio, Sozomeno, Theodoreto atque Euagrio vidit lucem Colon. Agripp. fiue Geneu. 1612. fol. Inde Hanricus Valefius ex regio MS. quo Rob. Stephanus vlus fuerat, et variis lectionibus codicum Florentini bibl. S. Laurentii, et Sfortiani bibl. Vaticanae, nec non ex Leonis Allatii MS. Theodoro, lectore, qui in historiam fuam tripartitam plura libri I. et II. So. cratis transtulit, hunc scriptorem castigauit, et cum Sozomeno, latina versione noua atque eruditis notis illustratum vulgauit Paril. 1668. f. quae editio recula Moguntiae 1677: f. Eo iplo anno Parisiis scriptores hist. eculesiasticae ex Valesii versione, latine, graeco textu notisque interpretis omifis, prodierunt. Editioni graecolatinae, quam dixi, lucem vidisse Moguntiae, nouus a. 1695. titulus praefixus est, Amstelodamum prae le ferens. Fabric. De editt. latinis, germanicis aliisque, plura, caque emendatiora, scripfi supra, ad Eusebii H. E. - Notatu digna est sequens editio huiur sententiae: In her corpore continentar tripartite historie ex Socrate, Sozomeno et Theodorito in vnum collebie et nuper de graeco in latinum translate libri numero duodecim: In calce: - Per Ioh. Schufsler regie vibis Augustensis ciue. etc. 1472. med. fol. de qua edit. vide longam Schwarzii notam in catal. bibl. Schwarz. part. II. p. 97. fqg. et Ge. Matth. Schnizer Kirchenbiblioth. zu Neustadt an der Aisch. part. III. p. 30. ----Tom, H. ed. Readingii fcriptorum H. E. hanc peculiarem habet infcriptionem: Sotratis Scholastici et Hermiae Sozomeni historia eccles. Henric, Valesius gr. textum collatis mist. codd. emendauit, latine vertit, et adnotatt. illustrauit. Adiecta est ad calcein disputatio Archelai episcopi aduersus Manichaeum. Hanc editionem criticis plurium eruditorum obs. locupletauit Gulielmus Reading. Cantabrigiae 1720. fol. Ad calcem additae funt Henr. Valefi obferuationum ecclefiast. libri tres, ad Socratem et Sozomenum, dein variae lectt. quas exhiber liber quondam Merici Cafauboni, postea Io. Iones. Harl.
- Gallicé Socrates et Sozomenus, Ludouico Coufino interprete, Parif. 1676. 4. _ Confer Ephe. merides Parifienses illius anni p. 101. sq. vbi hallucinationes quaedam Socratis notantur,

) Vide hane editionem recenfitam in B. Doctoris mei Ittigii libro de bibliothecis patrum p. 737.

Vol. V. p. 121 7 128

SOZOMENI HISTORIA ECCLES.

Lib. V. c. I. 427

quemadmodum et ab Elia du Pin tom. IV. bibl. fcriptorum ecclef. p. 79. [Anglice Socrates, Sozoin. et Theodoret. per Sam. Parker. Lond. 1712. 8. rec. 1729. 4.

Haec de Socrate, scriptore, (vt non ab re iudicat Stephanus le Moyne prolegomenis ad varia Tacra) fatis accurato. Ex eius historia ecclesiastica affertur aliquid in synodo septima (Nicaena II.) Act. 1. tom. III. Binii pag. 492. Fabr. De Zaccaria in diff. latinis, ad historiam et antiqq. ecclefiasticas pertinentibus, tom. II. Fuligni 1781. vbi nr. IX. ad So--cratem VI. 9. disputat contra Baronium, vide, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 289, Iq. — De Socrate, Sozomeno et Theodoreto v. Nath. Lardner in Credibility of the Golpel Hiftory, part. II. Vol. XI. Lond. 1754. 8. pag. 448-455. Harl.

XXXI. Salamanes ") Hermias SOZOMENUS narrat, auum fuum, patre ethnico natum, Betheliae, Gazaeorum vico, primum [P] cum toto domo fua christianam fidem amplexum effe, postea ingenio et doctrina, atque interpretandis sacris litteris ?) valuisse. Ipfe vero, scholasticus fiue causilidicum agens CPoli, ") molestias fori dispuazit commentando aliquid ac componendo, et non diu, vt videtur, post Socratem) scripsit, ac Theodosio Iuniori, imp. dedicauit libros IX. historiae ecclefiasticae ab a. C. 323. ad 439. I five a tertio confulatu Crispi et Constantini, Caesarum, vsque ad consulatum XVII, iam dichi Theodosii. Hoc quum ipfe Sozomenus perfpicue ") testetur: certum est, libros plures ab eo scriptos non effe, quam hodie exftant, neque postremum librum viterius ab auctore productum. quam nos hodie habemus. Nam inventio reliquiarum Zachariae, prophetae, quae capite vltimo libri IX. narratur, contigit confulatu Theodofii Iunioris decimo feptimo, ") vt Marcellinus in chronico testatum reliquit. Quod porro Gregorius M. lib. VI. epist. 3r. In historia, inquit, Sozomeni, de quadam Eudoxio, qui Constantinopelitanae ecclesiae episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes apostolica suscipere resusat, quoniam multa mentitur, et Theodorum Mopsuestias nimium laudat, atque vsque ad diem obitus (ui magnum Dostorem ecclefiae fuisse perhibet; non dubium eft, Theodoritum ") pro

Hhh 2

p) Ita nomen huius scriptoris efferunt Theodorus, lector, et Photius cod. XXX. Ac Salamanis quidem nomen, quo Monachus adpellatur apud Sozomen. VI. 32. VIII. 15. poteft ei haesisse ab vao e maioribus, quos e Palaestina ortos scribit V. 15. Vide Falefium in Sozomeni vita et in notis pag. 98. Alii vocant Hermiam Sozomenum, Salaminium; ut codices duo MSS. codem Valeño teste, et Nicephorus Callistus in *nivani* fiue indice capitum: vel Hermiam Sozomeni, vt in iure graeco Romano pag. 293 et 295. o Dugousva igueas. quod interpres vertit: Hermias Sozomeni filius.

a) Sozomenus lib. V. cap. 15. p. 617. delapena Se o euros สล่สสos er รณรีร denynoegt รพีม lepwy yeucow perpiss ที่yulves, อรหญ่ นี่อามีแทรเหที่รับที่ สี่หญ่ นี้และ es.

r) Idem libr. II. cap. 3. pag. 4462 olare 'Ause' אליש טהאף לבי מילףו מכלדו יטי טעודי סטילומדף לסידו אכן לם тоїс แบ้รอїс біхистріонь біхис изресовоть etc.

s) Valesius Sozomeni vita, Caueus in hift. literaria, Elias du Pin tom. IV. bibl. scriptor. ecclef, pag. 80. vbi hallucinationes quasdam Sozomeni notat. Fabr. Sozomenus noluit propter arcani disciplinam recitare symbolum Nicaenum. v. Walchii H. E. nou. Teft. p. 1642. Harl.

t) Male in Kosnigii bibl. vsqué ad a. 1423.

u) Sozomenus in praefat. pag. 397.

v) Conter Combefisi bibliothecam concionatoriam tom. I. p. 16. 17. et tom. VII. p. 582.

w) Melch. Canus XI. 6. Locor. theolog. pag. 544. Combefijius tom. I. bibl. Concionatoriae

087.

Digitized by **G**

428 Lib.V. s.L.

pro Sozomeno dicere voluiste, quum in Theodorito ista legantar V. 39. - Sic Soidas in Ayatantos pro Philostorgio citat Eusebium: in Actione 1. Synodi septimae pro Socrate citatur historia ecclesiastica Russini, et in iure Graeco Romano pag. 295. pro eodem Socrate Sozomenus. [17] Quid itàque incredibile, hallucinatam fimiliter Gregorii memoriam, euiusaustoritas tamen tanta non est *), vt ad ipsius nutum vel Sozomenum vel Theodoritum manibus exeutere debeamus. Certe haec de Sozomeno Gregorii M. censura non impediuit, quin in Concilio Florentino session. Il et hucusque magnus illius historiae vsus inter eruditos-fuerit, vt Petrus Gussianuillaeus in notis ad illam Gregorii epistolam observat. Novatianis perinde ve Socratem fauisse, in notis ad illam Gregorii epistolam observat. Novatianis perinde ve Socratem fauisse, in notis ad illam Gregorii epistolam observat. Novatianis perinde ve Socratem fauisse, in notis una illam Gregorii epistolam observat. Novatianis perinde ve

De hiftoria Tripartita Epiphanii, fcholastici, qui tamen ex libro Sozomeni vltimo nihil in illam retulit, et de codd., de versionibus latinis Wolfg. Musculi, et qui morre praeventus tres postremos libros Suffrido. Petri transferendos reliquit, Iohannis Christophorsoni, atque accuratistima Henrici Valesii, [et Readingii,] nec non de graecis et graecolatinis Sozomeni editionibus versioneque gallica et anglica, iam dictum est in Socrate, cui semper iungi folet, et cuius vestigiis libenter videtur insserendos reliquit animi documentum haud pauca dat ab eius sententia, plura etiam ab eo omissa suppleat, et de Monachis atque Eremistis vipote inter monachos versaus et ab eis institutus "), velut in grati animi documentum haud pauca adtexat Socrati praeterita. Socratem iudicio, Sozomenum stili elegantia, qua Xenophontom referre voluit, praestare viri docti observant. Valesius ad graeca emendanda praeter codicem regium, quem expressent Rob. Stephanus, confuluit etiam meliorem Fuketianum, atque varias lectiones, ex codice Allatiano, Theodori lectoris, qui Socratis, Sozomeni, quem rov $\muaxageor \Sigmaasjouror vocat, et Theodorit instoriam in compendium misit. [Inter codd.$ Mendoz. fuerunt Sozomeni H. E. libri IX. v. Iriart. cat. codd. gr. Matrit. p. 277. Harl.

Scripferat Sozomenus etiam libros duos de rebus ab adscensu Christi vique ad Licinië exautiorationem, ve iple in praefat. historiae suae pag. 401. testatur, ex Clemente, Hegesippo, Africano et Eusebio maxime compendium istud composuisse se estatus. Sed illud non amplius exstat.

Petrus Lambecius ab ecque perfuasus W. E. Tenzesius Sozomeno tribuunt etiam irrisionem Gentilium, quam sub Hermiae nomine habemus. Sed de illa parum verisimili doctorum virorum coniectura, vide, si placet, quae notaui [supra in hoc volumine] cap. 1. pag. [114. sq.]

Fuit

pag. 16. 41. Valefius ad veterum telfimonia de Sozomeno, Garnerius in auctario Theodoriti p. 192. Licet aliud vifum Baromio ad a. 434. num. 4. et ad martyrolog. Rom. 23. Dec. Voffio de hift. graecis, Miraeo in bibl. fcriptorum ecclef. Raynando in hib. contra Cyriacos fue dominicanos et Paschalio Quesnello diff. 2. ad Leonem

M. p. 238. Agnofeit etiam Gregorii de Sozomeno centuram Anastasius bibl, in praesat, hist. ecclefasticae.

x) B. Ittigius puef. ad felecta capita historiae ecclef. faccult fecundi §. VI.

y) Valefus in notis pag. 99.

Digitized by GOOGLE

THEODORITUS.

Fuit et alius Sozomenus, praefecti domesticus ad quem Isidori Pelusiotae epistola 300. libri I. Alius item iunior, presbyter Pistoriens, et Florentiae educatus, qui latino fermone scripsit chronicon ab orbe condito vsque ad a. C. 1292. testatus, se adiutum beneuolenua Vespasiani, librarii, vrbis Florentinae ciuis, quem laudat in fine Voluminis prioris. Vide Mabillonii iter Italicum pag. 174. qui hoc chronicon MS, duobus magnis Voluminibus euoluit in Abbatia Fesulana.

XXXII. THEODORITUS, Cyri, ciuitatis in Syria, episcopus, circa a. C. 458. defunctus, praeter alia feripta, (de quibus alibi *) composuit **), a. C. 450, ineunte, libros quinque historias sculesiasticas, in quibus veluti suppleturus onnista a Socrate ac Sozomeno, cam fimiliter perducit ab haereli Arii vsque ad principatum Theodofii innioris. Neque plures libros, nec longius productam Theodoriti historiam legerunt Eugrius, Epiphanius, Icholasticus, Photius cod. XXXI. Nicephorus etc. quamquam Gennadius de script. ecclesiast. cap. 89. libros decem memorat, quos produxerit a fine historiae Eusebii et vicennalibus Constantini M. ad fuum vsque tempus, vsque ad imperium Leonis fenioris, sub quo et mortuus sit. Sed fiue falfus fuit Gennadius, vt Valefio videtur "), fue quinque libros posteriores alius, nefcio quis, Theodorito subiunxit vel supposuit, quae est fententia Io. Garnerii in Auctario, vbi de Theodoriti fcriptis, pag. 249. feq. fane iple fub extremum libri quinti testatur, fe in morte Theodori Mopsuesseni a. C. 429. Historiam suam claudere. Equidem, quae Theodorus, lector, et Iohannes Damascenus lib. III. de imaginibus ex Theodorito referunt, iuniora fapiunt tempora et in quinque illis haud leguntur, vt Garnerius etiam de iuniore aliquo Theodorito, historico, cogitauerit, quem suspicatur episcopum Cariae Alindensem, qui intersuit synodo CPol. sub Menna a. C. 536. sed illius scripta, si quae fuere, non potuere Gennadio, Maffilienfi, coguita fuisse. ") Meminit historiae suae ecclesiasticae Theodoritus Hhh 3 ipfe

2) In libro V. cap. 11. fect. VII. (vbi plura de Theodorito fumus dicturi,) pag. 430. fqq. Vol. VII. vet. edit. Ibi Fabric. adfentitur Tillemontio, Theodoritum non vltra annum 457. vitam produxiffe. Oudin de feriptor. ecclef. I. vbi a pag. 1051. late perfequitur vitam feriptaque Theodoreti, colligit, illum a. 457. vel potius, a. 458. diem obiiffe fupremum. Harl,

sia) Confer Eliam du Pin tom, IV, bibl. scriptorum ecclel. pag. 94.

bb) v. Aut. Pagius ad a. Chr. 427. §. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 18. 19. Heum, conf. Oudin. L. c. pag. 1090. sq. Harl.

cc) Conf. Nath. Lardner Credibility of the Gospel history, part. II. Vol. XI. cap. 131. p. 79. sq. — Fabric. in Addendis hare, quae sequentur, adiecit; "De Theodoriti historia ecclessafica,

quae ab a. Chr. 325. res annorum centum et quinque vsque ad mortem Theodori Mopfuesteni et Theodoti Antiocheni a. C. 429. complectitur, videndus Antonius Pagi prolegomenis ad diff. Hypaticam §. 33. fq. et in critica Baroniana ad a. Chr. 427. nr. 6. sqq. qui nr. 16. obserunt, aderatem et Sozomenum feripferit, cosque fupplere, vt putabat Valefius, et emendare voluerit : potius omnes tres circa idem tempus scripsisse videri, postremis Theodofii junioris armis, et Socratem ac Sozomenum, quum CPoli degerent, feriptis prodidisse potifimum, quae in ecclesia CPolitana contigerunt, Theodoritum autem, viroque longe doctiorem et in oriente versantem, errores plurimos, in quos vierque incidit, vitaffe et in rebus orientis fusiorem ac diligentiorem fuisse, licet de Socrate et Sozomeno ne cogitaret quidem. " Haciquus Fabric. Harl.

Digitized by GOOGLE

Lib. V. z. 1. THEODORITI HIST. ECCL.

430

Vol. V. p. 124 7 125

iple libri IV. haereticarum fabularum cap. 1. et 2. Confilium autem, quo Garnerius p. 193. putat a Theodorito Icriptam historiam et haereticarum fabularum libros, vt sub veteribus nominibus aduersarios suae aetatis perstringeret, merito parum verisimile videtur Ittigio praef. ad hist. ecclesiasticae saeculi seculi capita pag. VIII. seq. Claudit opus Index episcoporum [P] in patriarchalibus sedibus Romae, Antiochiae, Alexandriae, Hierosolymorum et CPolis, quem Sirmondus, sed minus emendatum, edidit, et Io. Hessels apud Robertum Cocum multo posterioris serie foribit.

Primus Theodoreti hist. ecclesiasticam edidit graces ^{dd}) ex codice bonae notae Beatus Rhenanus ad calcem historiae Eusebio-Rufinianae et Tripartitae, adiunctis Victoris Vitenfis libris III. de persequuione Vandalica et Anonymi excerptis ex Nicephori Callisti historia, incerto interprete. Basil. apud Hieron. Frobenium 1535. fol. Inde cum Eusebio et aliis lucem vidit graece Paris. 1544. fol. typis Rob. Stephani, regiis duobus codd. MSS. vsi.

Latine post Epiphanii, scholastici, abbreuiationem ") vertit Ioachimus Camerarius, cuius interpretatio Iusto Ionae dicata prodiit primum a. 1536. ab co tempore saepius, ^d) etiam inter

dd) A Beato Rhenano integram Theodoreti H. E. a. 1535. graece editam effe ad calcem historiae ecclesiafticae Rufini et tripartitae, jure dubitat cel. Noeffelt, et Ernefli in censura edit. Noesseltianae Theodoreti, in nouiffima Bibl. theolog. tom. I. fasc. VI. p. 595. iudicat, Fabricium (h. l.) vel ab aliis fuille deceptum, vel graecam edit. a. 1535. (a Beato Rhenano minime curatam, nec ex codice, quem adhibuit Rhenanus, sed ex alio bonae notae, et cuius lectionis interdum diuersae fint a lectionibus codicis Rhenani, ductam,) a bibliopego adiunctam fuisse exemplo historiae tripartitae, et a Fabricio duas illas editiones pro vna habitas easque vni B. Rhenano adscriptas. Beatus quidem Rhenanus in edit. Autores H. E. etc. Bafil. 1523. et 1528. ex cod. graceo Theodoreti epistolas ly nodicas et imperatorum inferuit gracce : id, quod is non folum in inscriptione, sed etiam in praefat. a. 1523. scripta, diferte declarauit. Nam exemplum ed. 1528. quod in manibus habeo, eft infcriptum: Autores hift. ecclesiasticae. Eusebii Pamphili Caef. libri IX. Ruffino interprete. -- Recogniți ad antiqua exemplaria latina, per Beat. Rhenanum. Item ex Theodorito -. Sozomeno, et Socrate CPolitano libri XII. verfi ab Epiphanio, scholastico, abbreuiati per Casilodorum Sen, vnde illis Tripartitee historiae vocabulum. Emendati et hii multis locis. Additis paffim graecis epistolis plerisque synodorum ac impp. e tomis Theodoriti, cum vt latinae versioni ex

hiis succurratur, tum ut velut monimenta quaedam christianae antiquitatis conserventur etc. Atque in epistola nuncupatoria, in quo praeterea mileram Epiphanii versionem et Cassiodori operam valde carpit, fe, fcribit, accepiffe ex bibl. Ioannis Ragusini, cardinalis, codicem, nec vero fufficientem ad textus emendationem, ex eo tamen se multa passim sarcisse, adiecisseque epistolas graecas synodales et quasdam' imperatorum, vt doctus lector videre posset, quam indigne effet hoc opus tractatum. - De reliquis edd. earumque historia critice eruditeque iudicat cel. Noeffeltius, idemque dubitat, Sirmondum vium fuiffe iisdem II. codd, regiis a Stephano iam collatis: contra animaduertit, Sirm. adhibuiffe exemplar, quod habuit Io. Pinus, atque Christophorfoni ac Scaligeri coniecturas sacpe recepisse in textum. Harl.

ee) Eft in cod. Veneto bibl. S. Michaelis, de quo v. Mittarell. bibl. codd. illius bibl. p. 242. et in cod. Voffiano, v. cat. bibl. Leid. p. 373. Harl.

f) Camerarii editio fic eft inferipts; Theodariti epifcopi Cyrenfis rerum ecclesiafticarum libri quinque in linguam latinam conuerfi a Ioach. Cas merario. Acceflit codem Camerario autore catalogus imperatorum aliquot, vț et epifcoporum in praecipuis ecclefiis, nec non haerefeon et catholi-

Digitized by GOOG

Vol. V. p. 195

THEODORITI HIST. ECCL.

inter alia Theodorcti opera, vulgata latine: perinde vt cum aliorum hift. ecclesiafticae scriptorum versionibus Io. Christophor soni interpretatio recusa est, vt supra in Socrate dixi, vbi etiam de editionibus, verfionibusque, germanica et gallica, Hiftorias Tripartitae, et de Henre, Valtfi-verfione latina scriptorum hist. ecclesiasticae, quae fine graeco texta et notis praela cuasit. Paris. 1677. tol.

Gracce et Lative cum Io. Christophor/oni versione inter scriptores historiae coclesia-Aicae vulgata est iterum Geneu. 1612. fol. Inde cum interpretatione noua Iac. Sirmondi, fiue ex Camerarii potius et Christophorsoni conflata, qui ad eosdem binos codices bibl. regiae, quibus vsus Stephanus fuerat, graeca recensuit, legitur in luculenta editione operum Theodoriti Parif. 1642. fol. Tomo tertio. Denique Henr. Valesius graeca castigauit ad varias lectiones codicis Sauiliani, quas Viserius, atque ad Historiam Tripartitaro Theodori, lectoris, cuius birroyea plas Allatius ad eum milit. Addidit etiam versionem nouam, cum Sirmondianam ferri quibusdam in locis non posse observasset, et cum eruditis notis suis Theodoritum ita vulgauit praemisfum historiis Euagrii, Philostorgii et Theodori, lectoris. Parif. 1673. fol. recufum Mogunt. 1679. Amft. 1695. fol. Fabr. In tom. III. ed. Reading. cum notis Valesii et variorum. - vitiose rec. Turini. - In Theodoreti Opp omnibus, gr. et lat. ex recensione Iac. Sirmondi denuo editis, recognitis et locupletatis, varietate lectionis adiecta, tom. III. nr. 2. opera D. I. Aug. Noeffelt, (reliquos quatuor tomos curauit I. Lud. Schulz.) Halae Sax. 1771. 8. Praeter fragmentum ad libr. IV. cap. 10. e cod. Augustano a Cotelerio eccl. grace monum. editum, adhibitae funt edd. omnes et antiquiores et recentiores, de quibus cel. Nossfelt in praefat, diligenter exponit. Conf. noua acta erudit. m. Nou. a. 1770. p. 511. fqq. vbi 515. fq. cenfor in paucis aliter fentit, Ernesti bibl. theol. nouisf. loco supra laudato, et nouam bibl. philolog. a Volborthio curatain, Vol. II. (Lipf. 1777. 8.) p. .220. sqq. vbi censor p. 227. sq. de Theodoreti H. E. quaedam praeclare monet. — In Theod. Opp. graece editis ab Eugenio, diacono Bulgar. Halae Sax. 1768-1774. - Add. Io. Fabric, in hiftor. bibl. Fabricianae part. II. p. 406. de edit. Valel. vbi p. 407. 1q. quaedam adnotatt, inferuntur: tum incerți cuiusdam auctoris cenfura quarumdam observationum Henr. Velesii in lib. I. H. E. Theodoreti, suppeditante Iof. de Bimard de la Baftie in milcell. Obff. Vol. IX. tom. J. pag. 1-40. cuius tamen animaduersiones a cel. Noesseltio in huius edit. examinantur.

Florentiae in cod. Medic. Laurent. XII. nr. 27. plut. 6. est ex Theodor. H. E. fermo I. et in cod. XX. nr. 2. plut. 10. funt eiusdem H. E. libri V. v. Bandin. cat. codd. gr. I. pag. 121. et 486. — Parif. in bibl. publ. H. E. est in V. codicibus. — In bibl. Escorial. teste Plüero itiner. per Hifp. p. 191. - Secundum Montfauc. bibl. bibliothec. MSS. Romae in bibl. Ottobon. Thecdoreti H. E. versio per Monachum Iustinaeum ab annis 200. — Londini

mentio fit, index: interpretatio denique vocabu- 1544. - apud Sebaft. Henric. Petri 1611. cum lorum doin effentia et underantia; et de praefat. D. To. lac. Grynaei ad D. Barthol. Schachdiscrimine inter ista duo, Basilii Magni episto- mann. a. 1587. scripta. Harl. la. Bafileae, ap. Io. Herusg. 1536. fol. - Po-

corum' aliquot, quorum in Theodoriti scripto. stea cum aliis scriptoribus ecclesiasticis ap. Froben.

)С

Digitized by

- 2432 Lib. V. c. I.

EUAGRIUS.

Val. V. p. 125 P 126

in bibl. regia, H. E. graece. — Secundum cat. codd. Angliae, in cod. Baroce. bibl. Bodlei. nr. CXLII. breuiarium H. E. Theodoreti and quarks Nicephori Calliflae — in cod. CLXXXV. excerpta ex Theod. hiftoria. — In cod. Bodl. nr. MMCDVIII. et MMCDX. it. MMMXCIV. H. E. libri V. gr. — in tomo II. inter codd. Norfolcian. nr. MMMCDLII. H. E. graece. — Inter codd. Th. Gale, nr. MMMMMDCCCXXXVI. (et inter codd. Coisl. tefte Montfaue. in bibl. Coisl. p. 88.) haerefeos Maffalianae capitula ex hiftoria Theodoreti, lib. IV. cap. 10. — Anglice verla eft Theod. H. E. Lond. 1612. 4. — et. cum Socrate ac Sozomeno, a Sam. Parker, Lond. 1712. — rec. cum verfione Eufebii H. E. ibid. 1729. 4. Harl.

Gallice post antiquiorem Martini Matthaei, Prioris in Monasterio nouo apud Pictavos interpretationem, vertit Ludouicus Coufinus, Valesii fere vestigiis infistens, Paris 1576. 4. vna cum Euagrio.

[P] XXXIII. EVAGRIUS, Epiphanienfis, ⁸³) Syrus, scholasticus ^{hb}) et ipse, fine, (perinde vt Socrates et Sozomenus,) caussarum in foro patronus ⁴¹), Antiochiae vixit, atque Gregorio episcopo Antiocheno ^{kb}), clarus suit, a Tiberio Constantino, imp. etiain austus quaestura, et a Mauricio Tiberio codicillos honorariae praefecturae ¹¹) consequutus. Scripsit in eadem, vt eredibile est, Antiochensi vrbe, et sexagenario propior absoluit ¹¹¹ Historiae

gg) Euagrius III. 34. την ημετίραν ἰπισποπῶν Βπιφώνααν, η τον Ορόντην σύνεικον ἔχα. Hinc apud Nicephorum pro Εὐάγριος ὁ ἰπιφανής, Valefius legit ὁ Ἐπιφανώς, Fabr. Conf. Hamberger zuverläff. Nachricht. tom. HI. p. 439. fq. Saxis Onom. HI. p. 63. fq. et quos illi duumuiri laudant viros doctos; atque Henr. Valeſ. in praefat. ad scriptor. H. E. de patris, vita, scriptis, stilo fideque Euagrii, quem, in adnotat. ad illius historiam lib, IV. cap. 29. ex ipfius testimonio demonstrauit, natum este a. Chr. 536. vel 537. idemque G. I. Possium de historicis gr. p. 498. de Euagrio corrigit. Harl.

hh) Photius cod. XXIX. ανεγνώσση Εὐαγρίεσχολακικϊ, από Ἐπάρχων, πόλεως δε Ἐπιφανῶς τῆς κατά τὴν κοίλην Συρίαν, ἐκπλησιασική ἱσορία ἐν τόμοις &

(ii) Antiochiae vixiffe ex pluribus Euagrii locis recte Valefius obferuat; quod vero ex primariis Antiochiae ciuibus hunc feriptorem fuiffe colligunt viri docti ex eo, quod libr. VI. cap. 8. refert, totam ciuitatem diem nuptiarum eius feriatum habuiffe, eique fausta adprecatam effe, hoc in Valefii quidem versione reperio, sed graeca alium puto habere sensum. Ait nempe Euagrius, nuptias se celebrasse cum virgine sponsa die noujlu-

nii, quo tota ciuitas feriabatur, non certe propter Euagrii auptias, fed ob follemne nouilunii tempus. Ἐμῶ κατὰ την ἕνην ης) νέων ήμέρων τῶ ὑπερβεριταία μηνός κόρην παρθένον νυμφένωντος, ης) τῆς κόλως ἑορταζάσυς ης) δημοτελῆ πανήγυου ἀγάσης περί τε τὴν πομπήν ης) πασάδα. Igitur παστάς non de thalamo nuptiali acque πομπή de nuptiali pompa intelligi debet, fed de epulis et pompa, quibus nouilunium celebrare mos erat.

kk) Euagr. lib. VI. cap. 7. et vlt. vbi propter relationes, nomine Gregorii, episcopi Antiocheni, feriptas, ab imperatoribus duplici dignitate auctum se testatur.

1) Idem lib. VI. cap. vit.

mm) Lib. IV. cap. 29. ait Eusgrius, fe ista fcribere anno actatis fuae 58. Idem libro III. cap. 33. refert, fe fcribere anno Antiochenorum 641. His fi detrahas annos 48. quibus aera Antiochena Christianam pracuertit, habes a. C. 593. Coepit enim aera Antiochena a confirmata illis a Iulio Caesare autonomia mense Octobri aano V.C. 704. Vide Henr. Noris de epochis Syro Macedonúmpag. 159.

Digitized by GOO

Vol.V. p. 125 127

EUAGRII HIST ECCLES.

Historias ecclestaficas libros sex a temporibus, in quibus Socrates et Theodoritus desierant, fiue ab Ephelina synodo, qua damnatus est a. C. 431. Nestorius, ad annum vsque Mauricii, imp. duodecimum^m), qui annus coepit a. C 593. die XIII. Augusti. Citat subinde historias, quibus vsus est, rhetorum, Prisci, Eustrathii, Epiphaniens, Zachariae, Procopii et Iohannis, qui in Iustini senioris anno septimo historiam suam sele Euagrium, scribit Casaunon Zosimi.⁴⁰) A fabulosis narrationibus non nimis alienum esse Euagrium, scribit Casaubonus Exerc. XIII. 31. ad Baron. pag. 258.

De editionibus et latinis interpretibus, Musculo, Christophorsono et Valesio, [et Rea. ding] gallicoque Confino, videri possunt, quae iam in Theodorito dixi, cuius historiae Euagrius fubiungitur. Tantum addam, quod Valefius ad graeca emendanda praeter regium codicem, quem Rob. Stephanus expressit, vsus est variis lect. codicis MS. optimi Florentini in bibl. Laurentiana, in quo Socrates etiam continetur: et codice altero, non valde vetufto quidem, sed minime tamen contemnendo Dionysii Telleri, archiepiscopi Rhemensis. Fabr. Florentiae in bibl. Medic. funt Euagrii H. E. libri VI. in cod. V. nr. 2. plut, 69. cum scholiis. ad marginem politis, et in cod. XXIII. nr. 1. plut. 70. - tria, ex H. E. excerpts, n. cap. 24. libri V. et cap. 36. libri IV: et descripțio templi Sophiae, libr. IV. cap. 31. in cod. V. nr. 8. et 17. plut. 70. v. Bandin. cat. codd. gr. 11. p. 625. 628. 661. et 662. qui etiam tom. I. p. 52. 291. 99. et 254. notat, Euagrium citari in catena in Iobum, in parabolas Salomonis, in exposition. sacrorum praecept, et in florileg, sentent. nisi is alius censendus sit Eurgrius, n. Venetiis in bibl. Marciana, cod. CCCXXXVII. Euagrii H. E. libri fex. (cat. Ponticus. ---codd. gr. pag. 156.) — 'In bibl. Leidenfi funt Bonauent. Vulcanii emendatt. msst. in Eufebium, Euagrium, Sozomenum, Theodoretum etc. (cat. bibl. Leid. p. 345. nr. XX.) - In bibl. Efcorial. duo codd. in quorum altero funt VI. libri H. E. in altero capita vatia: (tefte Plüero in itiner. etc. pag. 167.) - Inter Mendozae codd. auctore Iriarto in cat. codd. gr. Matrit. p. 277. - Parif. in biblioth. publ. codd. MCDXLIV. et MCDXLVI. - Secundum catal. codd. Angliae etc. in cod. Barocc. CXLII. Euagrii H. E. - In Chrifti. Frid. Roefsleri - Biblioth. der Kirchenväter, part. VII. pag. 311. — 478. libri VI. Euagrii in compendium veluti redacti, germanice versi doctisque illustrati sunt animaduersionibus. Harl.

Scripfisse praeterea se Euagrius lib. VI. cap. vlt. testatur alterum volumen, ξτερον τευχος, in quo ανα Φοζαν, ἐπισολαν, ψηΦίσματα, λόγοι τε καν διαλέξεις: relationes, (Gregorii, episcopi Antiocheni, nomine scriptae) epistolae, decreta, orationes et disputationes, aliaque. In hoc opere puto etiam exstituisse gratulationem, (eiusdem forsan Gregorii scriptam nomine,) ad Mauricium Tiberium de nato Theodosio silio.

Philippus Labbeus in bibl. noua MSS. pag. 92. refert, se vidisse tractatum, Euagrio, scholassico, adscriptum, πεελ διαφόεων λογισμών, distributum in capitula quinquaginta. Sed verisi-

nn) Confer Valefium in Eusgrii vita, et Henricum Noris diff. de quinta fynodo, paragr. 3.

oo) Alios historicos complures laudat V. c. vlt. Characem, Theopompum, Ephorum, Dionyfium Halic. Polybium Megapolitanum, Appianum, Diodorum Sic. Dionem Cassium, Herodianum, Nicostratum Trapezuntium, sophistam, Dexippum, Eusebium, qui, ab Ostauiani, Traiani et Marci rebus exorsus, historiam ad imp. Cari obitum produxit, Arrianum, Asinium Quadratum, Ioannem ciuem, ac cognatum suum, et Agathiam.

Vol. VII.

Digitized by GOOg

434 Lib. V. c. I.

Vol. V. p. 127 128

verifimillimum eft, alterius effe Euggrii, Pontici, cui etiam recte vindicat Combefifius in bibl. concionatoria, quae in catena ad Lucae X. de co, qui incidit in latrones, et ad Lucae XIX. de minarum distributione, Euagrio, scholastico, perperam Corderius tribuit. Ponticus etiam intelligendus, qui in aliis catenis Euagrius citatur, vt in Jobum, in prouerbia, in catena MS, in Acta, [aliosque libros in codd. Coislin. Venetis Marci, Vindob. etc.] De illius Euagrii, Pontici, fcriptis vide Cafimiri Oudini fupplementum de fcriptoribus ecclef. pag. 48. feq. et Caucum ad a. C. 380. atque adde Suidam in uaraelos. pp) Eius uova Xixov respicit etiam Secrates VII. 17. [P] Huie Eugrio feripta nonnulla, quae fub S. Nili Afeetae nomine leguntur, tribuenda esse, non difficetur losephus Maria Suarefius pag. 613. ad Nili opuscula, a fe edita, testatus, in MSS. codicibus scripta amborum ita misceri confundique, vt aegre discerni queant. [add, Lamber. comm. V. cod. XXXVII. nr. 6 — 9. et 13.] Idem confirmat Cotelerius notis ad tom. III. monumentor. ecclefiae graecae pag. 544. feq. Euagrii fcripta ab discipulo eius, Rufino, versa latine plerosque in Occidente lectitare, vti graeca eos, qui in Oriente habitant, scripsit Hieronymus ad Ctefiphontem. Plura etiam versa a se testatur Gennadius de script. eccles. cap. 11. Idem est Euggrius, monachus Scithenfis, cuius Alcetica et Ethiça, gnomas de passionibus animae rationalis, et ad Anatolium de peccatis principalibus et meei onto Doylo un inemorat Labbeus loco laudato. Alius fuit Eugerius, episcopus Antiochemus, a quo vitam Antonii de graeco Athanafii versam, quae etiamnum exstat, (vide fupra cap. 1. p. 303. ed. vet.) memorat Hieronymus epift. ad Florentium et cap. 125. de scriptoribus ecclef. Alius, cuius altercationem Simonis Iudasi et Theophili Christiani laudat Gennadius cap. 50. et ex co Honorius, Augustod. p. 427. Alius episcopus CPolitanus a Valente, imp. At apud Marcianum Capellam p. 2. pro Euagrio Cithariffa legendum actus in exfilium. Diversorum illorum Eugriorum scripta, et edita et mssta, per transen-Fabr. Osagrius. nam quafi hic iunctim memorare liceat. Euogrii Monachi de octo vitiofis cogitationibus, Parif. 1589. in bibl. patr. Vol. V. col. 1329. fol. — Colon. 1618. Vol. IV. p. 925. Parif. 1624. Vol. V. col. 697. — Euagrii Pontici Opp. in Gallandi bibl. gr. lat. vett. patrum etc. VII. 53. v. etiam tom. IX. p. 250. — De Euagrio Pontico plura Fabric. memoriae prodidit infra, libr. V. cap. 24. Vol. IX. p. 364. Iqq. — Euagrii (Monachi) variarum confiderationum fiue de sermonis discrimine cap. 54. in cod. Estoriat. apud Pliver. 1. c. pag. 167. - Vita S. Antonii ab Eurgrio, (Antiocheno,) scripta, et ab Hieronymo latine versa, in cod. eccl. Wigornienfis, nr. DCCXXIII. in cat. codd. Angliae etc. II. 1. pag. 17. - Paris. in bibl. publ. fec. catal. codd. tom. II. Euagrius, Scetenfis monachus, de vita practica et rerum monachalium ratione, in cod. MLVI. — de vessibus monachorum Aegypti et definitiones adfectuum animae ratione praeditae, in cod. MCCXXII.- - capita afcetica, in tribus codd. — de octo vitiofis cogitationibus in quatuor codd. — fragm. de Chofroë, Perfarum rege, in cod. CML. — In bibl. Coislin. cod. VII. libri IV. Regum, cum commentariis veterun, in his; Euagrii Monachi, et in cod. XXV. eiusdem scholia intermixta sunt reliquorum commentariis in acta apoft, et epp, cathol. tefte Montfaut, in cat. codd. illius bibl. p. 44. et 76. — Eodem teste pag. 139. est in cod. LXXXIII. Palladii de Magnentio et Eua. grio;

pp) It. G. I. Voff. de histor. gr. libr. IL c. 19. Heribert. Rosweidum, prolegg. IV. et V. in vitas patrum et Lambec. comm. V. ind. p. 695. Harl.

THEODORUS

Digitized by GOOGLE

grio; vtriusque vita exstat quoque in bibliotheca patrum graeco - latina tom. II. - Idem pag. 265. Iq. e cod. CCV. euulgauit definitiones fidei orthodoxae, in quibus Euagrius haereti. cus damnatur, et fynodus CPolitana, fub Iuftiniano contra Origenem, Euagrium et Didymum habita, firmatur. ---- Taurini in cod. CLXIX. biblioth. regiae, (v. cat. codd. gr. pag. 256.) reperimtur 1) Evarye's de diversis cogitationibus gulae, avaritiae et inanis gloriae, quod opulc. Francifc. Suarezius fub S. Nili nomine cum ceteris eius opp. pag. 512. fgg. edidit; at tamen p. 613. adnotseit, idem a nonnullis adicribi Euagrio: in cod. autem numerantur LIV. capita; in Suarezii vero ed. XXVII. 2) Europrii capitula ascetiea, inuenta in vetuflis libr. ex India delata, 3) eiusd. Christianismus prasticus: capitula centum; idem forte liber, quem Coteler. tom. III. monument. gr. edidit fub titulo practici monachi. - Vindobonae in bibl. Caefaréa funt fecundum ' Neffelium in eat. codd, part. I. p. 244. in cod. CLXVII. nr. 10: Eugrii, Pontici, apophthegmata veterum patrum, (editus est liber Euagr. C. fententiarum gr. et lat. a Cotelerio eccl. gr. monum. tom. III. p. 68. - 102. v. Kollar. ad Lamb. comm. tom. V. p. gl.) — et pag. 378. cod. CCLXXIV. nr. 13. excerpta alcetica ex foriptis Dionysii Areopagitae, S. Ephraim Syrig Eulogrii, monachi, et aliorum. - In parte V, pag. 12. cod. III. nr. 38. legitur historia supposititia vitae et martyrii S. Pancratii, discipuli S. Petri, apostoli, conferipta sub nomine Euogrii tamquam ipsius S. Paneratii, discipuli et comitis, qui ibi passim de le iplo loquens introducitur. Plura co-de libro eiusque fide et iplo Euagrio difputauit atque excerpfit Lambee. in comm. libr. VIII. pag. 199. fqq. - - Lam. beciut in comm. de bibl. caefar. tom. III. p. 34. vbi in cod. III. fragmenta funt duo de detem nominibus dei, quaé vsurpantur in S. S. contextu hebraico, pro Athanafianis iisque ineditis habet; sed Kollarius in nota A. docet, fragmenti illius, quod incipit dena ovojiari mag. 'EBeauous ovoyaderay o Deiss, auctorem effe Euogrium, legique apud Cotelerium eccles. graecae monimentorum tom. III. p. 116, et coniicit, bina illa fragmenta aut ex pleniore, quam quae nunc legitur, aut ex interpolata Athanafii fynopfi effe decerpta. v. fupra in cap. de Athanafio, de tomo III. Opp. nr. 56. — Euogr. Pontitus citatur in Io. Patriarchae Antiocheni eclogis asceticis in cod. Vindob. CCXLI. nr. 1. v. Lamber. V. pag. 222. ibique notam Kollarii. — et tom. VIII. pag. 638. in cod. XXVII. Eusgrius, monachus, inter eos, qui vitam Io. Chryfoltomi expoluerunt, numeratur. - Harl.

XXXIV. THEODORUS, isoe100 yea Qoe Kwysavtive montes, laudatur a Ionnte Damasteno lib. III. de imagg. pag. 386. editionis infignis Lequinianae, qui p. 380. -praeterea avayvasny fiue lectorem CPoli fuisse refert, quod firmant etiam Nicephorus lib. L. c. 1. Hilt. auctor magazárewy zeovizav in Combefisi originibus CPol. pag. 19. cui vocatur Osódagos zeovoyeá pos avadowo Jeis avayvá o paou et Suidas, qui Theodorum vocat roy a no avayvaσων της μεγάλης έκκλησίας Κωνσαντινεπόλεως. Hic Iuftino et Iuftiniano, vt videtur, imperantibus clarus [post a. 525.] duobus libris scripsit compendium hiftoriae eccleftafticae Tripartitae ex libris Socratis, Sozomeni ac Theodoriti, quod exflat a vigefimo anno Conflantini M. vsque ad obitum Constantii. Nam quamuis lucem hactenus non viderit: graece tamen MS. fuit apud Allatium, qui edere voluit, cuius codicis variis lectionibus Sam. Tennulii, profefsoris Nouiomagenfis, manu descriptis, feliciter vsus est Valesius ad eluendas ex triumuirorumillorum historiis mendas, qui etiam procemium graece ac latine publicanit post praefat. ad Theodor.

Lii 2

THEODORI HIST. ECCLES.

Vol. V. p. 128 12

Theodor. Nescio, an Allatii ille liber descriptus fuerit e codice Veneto S. Marci, cuius mentionem faciunt Posseuinus et in catalogo MSS. Venetorum [P] Tomasinus. Certe videtur extrema parte mancus fuisse, quia historiae telam non vsque ad extrema iunioris Theodosii Titulus epitomes H. E. Theodori Lectoris in MS. Veneto hic est: Deodweou perlequitur. αναγνώσει έκκλογή έκ των έκκλησιασικών ίσοριών. - Incipit: Και τοις έντυγχανεσιν χρήσιμου και λαμπεον Φανεται. Finis: Και το μεν ώδε γεγονεν, ο οί-πεοφηται. Καιπεε πεο πλείσων γενεών ύπο γην κάμενος σώος ανεφάνη, έν χρώ καραμένος σείθυρις, γεναάδα μετρίως καθειμένην έχων, την δε κεφαλήν — – – και τες όφθαλμες όλιγω έν βάθει τοις όφευσι καλυπτομένε. Fabr. Eft in cod. CCCXLIV. Veneto Marc. atque confector catal. codd. gr. pag. 157, duobus, ait, libris comprehenditur, et initio aliqua deficiunt. Liber I. incipit sub initium historiae Sozomeni; secundus definit sub initium libri V. praedictae historiae, et exinde seguuntur eiusdem Sozomeni libri V. postremi. conf. Anselmi Bondurii comment. in antiquitt, CPolit. libri V. p. 784. ed. Parif. f. p. 564. ed. Venet. tom. II. Imperii oriental. - In cod. Barocc. bibl. Bodl. funt nr. CXLII. Sozomeno excerpta: his adjunxit Theodorus ea, in quibus Theodoretus et Socrates ab eo discedunt. — De hoc Theodoro conf. quoque G. Caucum H. L. SS. E. tom. I. pag. 504. El. Du Pin nouv. bibl. etc. tom. V. p. 39. G. I. Voss. de hist. gr. libr. II. c. 22. p. 140. Ceiller hist. gen. des AA. E. tom. XVI. p. 187. Io. Fabr. hift. bibl. part. II. p. 409. fq. Hamberg. l. c. III. p. 526. fq. Saxii Oom. H. p. 27. Harl.

Praeterea composuit et ipse suo marte historiam ecclesiasticam, libris itidem duobus, ab extremis temporibus Theodosii iunioris, in quibus definunt Socrates, Sozomenus et. Theodoritus, ad Iustinum imp. feniorem vsque. Hi libri duo ipsi quidem jam diu est, quod interciderunt. Exflant tamen ex illis απο Οωνής ΝικηΦόρε Καλλίσε τε Ζανθοπέλε" excerpta, Nicephoro Callifto dictante feruata. Graeca prodiere cum Eufebii et aliorum hiftoria ecclesiastica, ex codice regio, (quo solo etiam Valesius vsus,) Paris. 1544. fol. Latine vertit Wolfg. Musculus, cuius interpretatio, vt bibliothecas patrum et alias latinas historicorum ecclesiaflicorum editiones, supra in Eulebio recensitas, mittam, exstat etiam in graecolatina Goneuenli 1612. fol. Cum versione et praeclaris notis Henr. Valefii, qui fragmenta etiam Theodori alia ex Suida, Theophane, Damasceno et Synodo septima subiunxit, ad calcem Theodoriti, Euagrii ac Philoftorgii, [et cura Readingii in tomo III. cum notis Valesi ac variorum;] de quorum editionibus iam dixi. Addendum et historiae ecclesiasticae anconacuation de expositionibus fidei, quod e bibl. Vaticana produxit et cum versione sua edidit Iosephus Maria Svarefius ad S. Nili opuscula pag. 614. Tum quae e Theodoro lectore adferuntur in Originibus CPolitanis, a Combefisio illustratis. Vbi vero Damascenus III. de imaginibus pag. 375. laudat rouor fiue librum Theodori historiae eccles. quartum, secundus horum venit intelligendus, quia priores, quos memoraui, duos compendii ex Socrate, Sozomeno

qq) Valesius putat, ne Nicephorum quidem, ber de sectis a Theodoro Abbate dictatus amanuen. integris Theodori libris, fed excerptis iftis folummodo vsum esse, enque cuidanu dictasse, at- H. E.] que ideo dici and quess Nangogn, vii Leontii li-

plura alioqui inde in historias suas derivaturum, si suo, inscribitur and quins Geoduge ve GeoGedesara 'Aßßa. [v. ad §. feq. de codd. Niceph.

NICEPHORUS CALLISTUS

Lib: V. c. I. 437

zomeno ac Theodorito fimul computauit, perinde vt Suidas, qui a Constantini temporibus ad Iustinianum pertexuisse historiam Theodorum scribit. Ita in actione I. Synodo VII. T, III. edit. Binianae p. 494. vbi laudatur liber quintus, Valesius ad Theodorum pag. 580. monet mewrs pro meumrs effe legendum. Alius locus producitur in eadem Synodo feptima, fiue Nicaena secunda, Actione V. pag. 609. seq. Fabr. In cod. MDCCLXXXVIII. bibl. publ. Paris. exstat Theodori lectoris historia operum publicorum, quae tum CPoli visebantur. Harl.

[P] XXXV. NICEPHORUS CALLISTUS XANTHOPULUS, Callifides fine Callifi Xanthopuli F. Hiftoriam suam obtulit Andronico Palaeologo, imperatori, iam feni "), qui a. C. 1327. feptuagenario maior obiit: ipleque teflatur, cam le in iuuentute scribere adgreffum, absoluisse, quum annum actatis 36. nondum emensus 55) esset, adiutumque bibliotheca S. Sophiae CPoli¹⁶), in qua florem aetatis transegit. Michaëlis Palaeologi, imperatoris et Andronici, nepotis, meminit in catalogo imperatorum CPoł. **).

Ααμπρός Μιχαήλ, Παλαιολόγος τρίτος Οντως βασιλεύς και λόγοις και πρακτέοις. Ανδεόνικος παϊς, συνδεομή των χαείτων.

Quin ad imp. Ioannis Cantacuzeni tempora peruenisse atque adeo circa medium saeculi XIV. adhuc vixille, ex catalogo patriarcharum cognoscas vv). Exstant historiae ecclesiasticae libre XVIII. (neque plures tunc libros scripsisse se pag. 38. b. Nicephorus ipse auctor est), a nato-CHRISTO ad interitum vsque Phocae, h. e. ad a. C. 610. ex Eulebio, Sozomeno, Socrate, Theodorito, Philoflorgio, Theodoro, lectore, Balilio Cilice, Euagrio, (quos pag. 25. nominatim laudat,) aliisque contexti. Igitur quae post argumenta librorum XVIII. fequuntur graece pag. 42. argumenta libri XIX. et fequentium vsque ad XXIII. et mortem Leonis philosophi siue a. C. 911. ab alio auctore, an Nicephoro ipso, additam nec amplius exflantem historiae continuationem respiciunt, et ab interprete latino, Io. Lango, sunt reiecta ad calcem operis. Quemadmodum porro ob stili elegantiam Thucydides ecclesiasficus hic Nicephorus audit [P] Schurzfleischio, ita a Iohanne Gerhardo ob fabulas 400), quas miscet, Theolo-Iii 3

Pro λοίσθων) fcripli λώσων et in quarto versu pro Φίλε δαιμόνων vel Eduardi Bernardi) φίλε δαιμόνων malui φιλοδαιμόνων. Sane virum pium nemo christianus facile vocabit φi-Nor daupivary, facilius Qirodaipora, pro Qirogéa, licet et hoc rarifimum fit in Christianorum fcriptis, quum daemonum vocabulum in nouo teftamento femper de malis angelis accipiatur, quod ab Homero, Platone et aliis ethnicis scriptoribus passim ponitur pro diis. " Hactenus Fabricius. Postea Steph. Berglerus ex codem cod. Lipf. descriptit Genetium latineque vertit, ipfo teste in epistola ad I. A. Fabricium, in huius vite, a Reimaro scripta, p. 223. vbi etiam animaduertit, apographum cod. esse in senatoria bibliotheca, factum a Bosio parum perite et latis negligenter; fcriptorem vero effe horridum, incultum, iudicii egen-Addidit in margine notas breutores, vt ineditum suo tempore opus e tenebris vindicatem. ret iple, vel I. Burcardo Menkenio opitularetur, qui illud, commentario a se illustratum, adiectis aliis CPolitanae hiftoriae fcriptoribus, tamquam fupplementum corporis Byzantini luci publicae exponere flatuerat, narrante Theoph. Sigefr. Bayero in thef. epift, la Croziano tom. I. pag. 30. v. Burmanni II. praef. ad Arilloph. Berglerianum pag. 8. fq. Burmanno enim. (quod quidem is reticet.) illud Bergleriarum apographum donauerat Saxius, qui id Lipfiae olim emerat; vnde intelliges cel. Saxii verba in Onom. II. p. 149. id inutili quadam liberalisate fua aliorfum exfulaffe. Enimuero nec Berglerus nec Menkenius emifit opus in lucem. Contra pollerior fecundatium fortallis quoddem apographum Veneto operis redemtori transscribendum dedit; sed editor Venetus in praefat, breui Menkenii quidem liberalitatem praedicat, sed nihil addidit, nisi pauca illa, vt nouo beneficio praeclara eius (Menkenii) in rempublicam litter. merita magis elucescerent: nihil igitur de codice eiusque apographo, nihil de studio et versione Bergleri; nihil de notis subiectis, quas omnes auctorem habere Berglerum, fibi ex eius autographo patuisse tradit Burmannys. Quam oleitanter, quam turpiter egerit editor Venetus, plures iam docuerunt, atque Fr. Otto Menken. in vita patris sui, praefixa illius

d) Tis di Tis BiBha extint in ed. Veneta. Harl.

a) Othe Sauporur in ed. Venete. Harl.

D wilay abest ed. Veneta. Hart,

g) Asisos legitur in ed. Veneta. Harl.
h) V. Causum l. c. et act. crud. Lipf. a. 1699.
p. 160. Aliter Oudinus, quem vide tom. II. de
S. S. E. E. pag. 437. fq.

Digitized by

CORPORIS BYZANTINI EDITIO.

Lib. V. r. I. 533

illius differtt. academicis pag. 47. in nota grauiter conquestus est, Venetum editorem patris Menkenii amplussimam praceationem, qua et vitam Genesii et cod. MS. rationem enarrauerat, praelo iam paratam, haud exspectare; sed porius inornatum atque inutile opus properanter extrussifie. Atque cel. Saxius 1. c. "Venetus, ait, operarum redemtor — hunc Genesium reliquis XXII. historiae Byzantinae foriptoribus, a se repetitis, sed multis contaminatum mendis, velut rude et inelegans corollarium, addidit Venetiis 1733. fol. qua de re Fr. Otto Menken. non modo in vita patris sui, sed etiam in adnotatione ad litteras Guil. Causi in misc. Lips. nouis vol. I. part. II. pag. 348. sq. editis acerbe queritur, Iosephus, inquiens Genessius, Byzantinus sciedit, unde miserrimum in modum deformatus ante paucos annos exiit. Vitiossifime autein typis Venetis descriptos esse, ad codicis illius Lipsiensis fidem denuo castigatum, clarissime demonstrat." Hactenus Saxius. Veneta autem editor inforipta quidem est:

Iofephi Genefii de rebus CPolitanis a Leone Armenio ad Bafilium Macedonem libri quatuor, nuns primum editi. Venetiis typis Io. Bapt. Pasquali. 1733 fol. sed succession Gotti. Rinekio, prof. quondam Altdorf. addidit Pasqualius Phranzae, Malalae et Allatii opascula; quorum exempla acceperat ab illo. (v. Rinckii catal. pag. 295.) Quapropter multo plura opp. complectitur id volumen. Etenim Genessium excipiunt 1) Georgii Phranzae, protouestiarii, chronicon e versione lat. et cum notis Iac. Pontani: atque epistolae Georgii Trapezuntii et Bessionis ad Io. Palaeologum, imp., gr. et lat. 2) cum peculiari titulo et noua paginarum serie, vt in reliquis quoque opusculis, Lo. Antiocheni, cognom, Malalae, hifloria chronica cum lat. versione et notis Edmundi Chilmeadi et cum Humfredi Hodii dissi, de auctore, item epist. Rich. Bentleii; 3) Leonis Allatii ou puscae, (quae Fabricius infra S. XXIX. vbertim recensuit,) omisso tamen catalogo opp. Io. Damasceni.

Post editionem Venet. corpus hist. Byzant. nouas accepit accessiones. Prodierunt scil.

Conflantini Porphyrogeniti libri II. de ceremoniis aulas Byzantinae, gr. et lat. curantibus Io. Henr. Leichio et Io. Iac. Reiskio, Lipf. tom. I. 1751. — tom. II. 1754. fol. de quo opere infra §. XXIV. commodior erit locus disserendi.

- Historiae Byzantinae noua appendix; opera Georgii Pistae, Theodosii diaconi et Corippi Africani completiens, gr. et lat. et cum nutis, edit. a Petro Franc. Fogginio. Romae 1777. fol. conf. ephem. Lipf. litt. a. 1782. nr. 55. — — Iulii Pollucis, christiani scriptoris, chronicon, de quo egi supra vol. VI. pag. 144. in nota i. Atque Hardt in sua edit. ex Theodosio Melitino, cuius chron. mst. seruatur in bibl. Mon. elect. (conf. supra, §. 42. fin.) plura loca citauit adtulitue, quod magna eius pars ad verbum fere conuenit cum chronico Iul. Pollucis. Cum codice, e quo I. Bapt. Biancon. edidit id chronicon, confpirat cod Vindubon. CXXVI. de quo plura disputat Kollar, in supplem. ad Lambecii comment. pag. 735. sq. De Phranza infra §. XXII. agetur. — Alii recentiores scriptores editi ad corpus historiae Byzant. amplissimum efficiendum a quibusdam V. D. adnumerati solent. v. cata-

X x x 3

logos

Digitized by GOOGLE

834 Lib. V. c. I.

PHIL LABBEI PROTREPTICON

Vol V. p. 220 230

logos Pinell. p. 42. fq. bibl. illustriss. comitis Teleki de Szek, part. I. p. 248. fq. inprimis Rinck. p. 292-295. cuius corporis moles, cui placebir, facile potest amplificari. Sed haec fufficiant. Harl.

II. Magno huic operi colligendo digerendoque, ac tam magnifica forma per Seb. Cramoify, typographiae regiae curatorem Parifiis publicando animum primus adjecit PHI-LIPPUS LABBEUS S. I. qui Eclogis Legationum anno 1648. editis, praemifit Protrepticon, ad omnes eruditos de feriptoribus hifl. Byzantinae e Luparaca typographia in lucem emittendis, in quo continetur catalogus et notitia breuis, chrohologico ordine digesta, scriptorum bistoriae Byzantinae quicumque tum temporis fiue editi fipe inediti memoriae eius le offerebant, et e quibus ille codicibus et quorum virorum doctorum opera recenfiri vel illustrati' poffint in lucem exire. Tum Adporatus Byzantinae historiae, in tres partes dispertitus: quarum prima imperatores CPolitanos ferie chronologica, et a quibus feriptoribus fingulorum res descriptae fint, succincte perlequitur, subiunctis carminibus duobus graecis iambicis e codd. MSS. regiae bibl. quorum altero imperatores, altero patriarchae CPolitanae, recenfentur, alio item catalogo patriarcharum CPolitanorum CXLIX. Pars fecunda exhibet alphabeticam feriem et notitiam fcriptorum historiae Byz. tam editorum guam ineditorum ac deperditorum, Pars tertia descriptionem latinam vrbis CPolitanae per XIV. regiones, veteri incerto auctore sub Theodosii iunioris, vt videtur, tempora claro, quem vulgarunt Gyllius sub extremum libri IV. topographiae CPol. Pancirollus ad calcent notitiae imperii, ac, ne alios iam memorem, Carolus du Freine in CPoli chrittiana lib. I. pag. 63. feg. qui etiam auctoris praefationem, quam e MS. Vindobonenfi Lambecius lib. II. pag. 950. [p. 859/ fqq. ed. Kollar.] primus vulgauerat, praemifit. Lexicon Byzantinum, quod partis [1] quartas loco voluit Labbeus fubiungere, in aliud tempus distulit, fiue aliis potius adornandum relinquere est coactus,

Post hoc Labbei protrepticon sequentur 'Exdoya' meg' mees mees severpta de legationibus, iustu Constantini Perphyrogennetae facta'a Theode fiu quodam, cuius praefatio praemittitur, quique testatur, se de legationibus populi Romani ed ethnicos horumque ad populum Rom. excerpta collegisse ex Petro, patricio et mogistro, ex chronico Georgii Monachi, ex Ioanne Antiocheno, ex Dionyfii Halicarnaff, antiquitatibus Romanis, ex Polybio, Appiano, Zofimo Afcalonita, Iofephi antiquitatibus iudaicis, Diodoro Siculo, Dione Cocesiano, Procopio Caefareenfi, Prisco Rhetore, Malcho Sophifta, Menandro Protectore et Theophylatio Simocatta. Subiiciuntur vero tantum excerpta ') e Dexippo, Athenienfi, Eunopio, Sardiano, Pstro, Patricio et magistro, Prisco, sophista, Malcho, Philadelphiensi, Menandro, protectore et Theophylasto, Simocatta. Haec, (exceptis illis Simocattae,) e codice Andreae Schotti primus graece publicavit David Hoefchelius, Augustanus, Augustae Vindel. a. 1603 4. cum corollario eclogarum e libris amifies Diodori Siculi XXI. XXII. XXIIL XXIV. XXV.

i) Similes de legationibus eclogas a loanne Caffio, Fuluius Vrlinus graece cum notis edidit quodam CPolitano. excerptas a Polybio, Dionysio Antwerp. 1582. 4. Halicarnaff. Diodoro Sic, Appiano Alex. et Dione

Digitized by **GO**

et XXVI. quas e codice Ludovici Alemanni, Florentini', Richardus Thomson, Anglus, ad eum miserat⁴). Notas quoque addere voluit Hoeschelius, sed quae non viderunt lucem. Meminit earum in litteris ad Iungermannum'), datis 1603. feria Philippi Iacobi: De locis, in Longino sassetti suaserim, Rhodomannum consulas, quem habes vicinum, qui suam miki arxlvoiav nes euroxiav probauit in libro metassetti response di constabili, quum notas edidero; nunc enim textus, quem votant, impressus est metas, quod constabili, quum notas edidero; nunc enim textus, quem votant, impressus est modo. Latine illas eclogas vertit Carolus Cantoclarus, fenator regius et libellorum supplicum magister, cuius interpretatio, additis ad calcem nonnullis notis et castigationibus, prodiit Paris. 1609. 8. filiis, Renato et Petro, a parente inscripta. Nullo MSto codice vius est interpres et a fensu graecorum verborum haud raro aberrat, vt pluribus viris doctis ^m) iam observatum fuit. Retinuerunt tamen eius versionem corporis Byzantini curatores; sed notis eius eruditas Henrici Valessi animaduers, anitea [P] ineditas, adiunxerunt. Nunc de foriptoribus, ex quibus eclogae illae excerpta sufficienes, anitea ca' quaedam annotare placet.

1. DEXIPPUS, Dexippi F. cognomine Herennius, Athenienfis, rhetor, fub Valeriano, Gallieno, Claudio fecundo et Aureliano, impp., clarus, teste Suida in Dezimmos et Eunapio in Porphyrio extremo, vbi zeoviniv eius izoeiav memorat. Miror îtaque, alium a Küstero putari Dexippum eclogárum de legationibus auctorem. Si enim hae non ex chronica historia, certe ex Scythicis huius Dexippi petitae funt, quod non ab re verifimilius videtur Voffio de hift. gr. II. 16. et Hanckio de rom. rerum scriptoribus lib. I. c. 22. licet ex chronico excerptas malit Meurfius in bibl. Attica; Valefius vero id omne tamquam rem incertam in medio relinquit. Scythica quoque respicit Iornandes, Dexippum laudane cap. 22. de rebus Geticis. Eumdem porro fuisse, qui chronicam historiam et qui Scythica compo-- fuit, ex Photit teffimonio perspicue constat. Ducem etiam exercitus gessisse et patriam, Achaiam, aduersus Scythas defensitaffe, Trebellius Pollio testatur in Gallienis cap. 13. deinceps Achaiam omnem vastauerunt (Gothi) et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi funt. Scripfit quoque ra pera 'Are Eavogev de rebut post mortem Alexandri Magni libris quatuor, quorum argumentum refert Photius cod. LXXXII. cum Ariano in plorisque conspirare testatus. ") Idem eius ouvropov izeenov sue compendium historicum vsque ad tempora Claudii, (fecundi hoc nomine imperatoris,) commemorat, quod Valesius putat compendium faisse chronisae eius historiae, cuius liber decimus laudatur a Stephano Byz. in Seuxaior) et Conftantino Prophyrog. lib. II. de thematibus, themate IX. licet in Bandurt quoque editione editum ev Xegeovina denara pro Xeovina, liber duodecimus so codem Stephano et Etymologico Magno in EAseon. A temporibus mythicis hoc opus perduxit ad fuam vsque actatem, vt Euagrius lib. V. c. vlt. auctor eff: neque enim audiendus Cafaubonus, qui ad Lampridii Scuerum cap. 49. ait, orlum ab Alexandro Scuero;

k) Add. infra in h. cap. §. XVII. de Constant. n) Conf. Porphyrog. sect. 9. Harl. sq. et vol 1

n) Conf. fupra lib. III. c. 2. vol. III. pág. 39. fq. et vol IV. p. 128. h. v. Harl.

Digitized by GOOG

1) Post epistolas Hottomannorum pag. 455. m) Vide Valcsium in notis passim, Kusterum ad tur in fragm. Stephan. Byzant. edito a Montfauc. Suidam in 'Aquatros etc. in bibl. Coislin. pag. 283. Harl. ro: neque Valesius, qui apud Euagrium Skugmar, vel alius, qui Mndikar legere mauult pro un gixav. Ex codem, vt videtur, opere, (licet Scaliger ad graeca Eu/ibii pag. 420. non dubitet e libris de rebus post Alexandrum petita esse,) Eulebius in chronico pag. 56. 57. et Syncellus pag. 263. 334. 376. regum Macedonicorum ante Alexandrum succellionem et alia quaedam repetunt. Etiam in graccis Eusebii pag. 34. et apud Syncellum pag. 177. pro Zeusinnos [1] isoger, funt, qui legant Desinnos. Citatur Desippus a Lampridio in Alex. Seuero cap. 49. Capitolino in Maximino cap. 6. 7. et in Gordianis c. 2. (vbi etiamfi breuiter, ad fidem tamen omnia persequutum scribit,) et 9. 19. et in Maximo ac Balbino c. 1. 15. 16. Trebellio Pollione in triginta tyrannis c. 32. et in Claudio secundo c. 2: Equidem-Io. Tzetzes Chiliad. IX. hift. 274. huncque sequutus Meursius et Vossius eumdem putant Dexippum auctorem Snuginor, cum Dexippo, de cuius libris tribus in Categorias. latine ex Io. Bernardi Feliciani versione Venet. 1546. 1566. fol. et Paris. 1549. 8. editis, dixi libr. IV. cap. 29. §. 7. et 8. [Vol. V. p. 697. fq.] Verum ille philosophus aetate iunior, et lamblichi discipulus fuit, vt ex eodem Tzetza et Simplicio in Categorias pag. 1. constat. De De. xippo, Coo, dicam infra in Medicis libro VI. Alius etiam fuit Dexippus, comicus, cuius Onocupor laudat Suidas in Koeuxcios, erratque Meursius, qui in bibl. Attica cum historico confundit.

2. Dexippi Herennii historiam continuauit EVNAPIUS, Sardianus Lydus, teste Photio cod. LXXVII. et XIV. libris produxit a Claudio secundo vsque ad sua tempora, sine Honorii et Arcadii imperium. Duas illius operis parauit editiones, et licet in vtraque christianis imperatoribus iniquior, Iulianum vtpote Ethnicus miris laudibus extulit, in véa tamen exdóres sue posteriore editione plurima in Christianos conuicia et blasphemias rescidit. Eunapii historiam exscripsit Zosimus "); respicit eamdem, Eunapium laudans pluribus locis, Suidas, atque Xeoroyea@iav vocat in 'Ps@ivos. Meminit et Eunapius ipfe et lectores ad illud opus ablegat non vno loco in Sophissarum Vitis', quae adhuc exstant. Has ex MSS. Mediceo, Barberino, Remensi, qui olim sui principis Lotharingii, et regio Paris duobusque Mediolanensibus [P] emendatas, (quorum varias lectiones ex auctione Gudiana nactus sum,) iampridem recudendas dare inflitui cum noua versione mea et notis, vsus etiam observationibus II. Casauboni, atque variis lect. e codice Bodleiano, quas beneuole mecum communicanit Hudsonus. ") Praeter codices Vaticanum, Venetosque, Gesnero memoratos,

p) Photius cod. IIC. de Zofimo: είποι δ' μν τις γρώψας αυτόν isoplan, αλλα μεταγρώψας την Εύναπία, τῷ συντόμφ μόνου διαφίρασαν, κεί ότι ἀχ, υσπερ ἐκάνος, ὅτω κεί ὅτος Στελίχωνα διασύρα. Voffius de hift. graecis II. 13. Ex hiftoria Eunapii folum de legationibus fragmentum beneficio V. C. Andreae Schotti lucem vidit, reliqua exstare dicuntur in bibl. Veneta. Eo autem aequiore animo iftis caremus, quod Zofimum habeamus. Quod in bibl. Veneta exstare reliqua Eunapii hift. dicuntur a Vostio, incerta fide tradi videtur, et iam pridem Io. Leunclauius in epift. ad

Henricum Stephanum scripsit in centuria epistolar. philologicar. Goldasti pag. 305. Eunapii füere libri XIV. qui nusquam exstant, ne quidem in Italia. Zosimi sex tantum. Photius silum Eunapianum ob projuxitatem et roomas frequentiores improbat, Zosimaeum laudat as surrouen ngi surposi xu Sagov ide të solies anguautor. Fabr. Cons. Reitemeieri disquis in Zosimum etc. pracfixam eius edit. Zosimi, pag. XVI. sq. Harl.

hift. dicuntur a Voffio, incerta fide tradi videtur, et iam pridem Io. Leunclauius in epift. ad typis exferipta funt in 8. fed, (vt Reimar, in vita Fabr.

Digitized by GOOgle

Voli V. p. 233

EVNAPIUS

Lib. V. c. I. 1 537

moratos, comperi etiam exflare MSS Neapoli in bibl. patrum Augustinianorum in Coenobio S. Iohannis de Carbonaria. Prodierunt primum graece e 19. Sanduci Pannonii Tirnaviensis bibliotheca, [et cod. mutilo nec optimae notae] typis mutidis Antwerp. ex officina Christophori Plantini 1568. 8. subiectis ad calcem castigationibus Hadriani Iunii Hornani, cuius deinde latina, at iusto liberior, versio vidit lucem ibid. 1572. 8. Ab eo tempore Hieron. Commelinus Eunapium ex duobus MSS. palatinis emendauit et suppleuit, ediditque graece et latine, adiuncia Iunii, (licet vitiosa et a graecis passim diffidente,) versione Heidelb. 1596. 8. 7) Editio Commeliniana recusa est mendis cumulata, Coloniae Allobrogum suc Geneuae 1616. 8. 5) atque excerpta de legationibus ex historia Eunapiana graece subiuncia habet ex eodem Schotti codice. Ex his conflat, Eunapium, rhetorem, a Lydis milfum este legatum ad Iulianum, imperatorem, pag. 17. feq. edit. Paris. et quum legatione

Fabr. p. 209. tradidit,) typographo moras nectento, quarum vel maxime impatiens crat vir excitati ingenii, editionem abrupit, nec ipfum opus . Add. I. Cliph. Wolfit epift, ad de la perfecit. Croze, in thef epift Lacroz. II. p 105. et p. 133. vbi responder, se a Crozio accepisse notas Rigeldi, margine editionis adscriptas, at cultro bibliopegi mutilatas, in Eunopium, et Fabricio tradiditle : coll epift. de la Croze ad Fabricium, ibid. com. III. p. 118. Fabricianae schedae postea peruenerunt in manum et potestatem generi, Reimari, qui eas commisit cl. Carpzouio, nouani Eunapii editionem quam plurimis abhine annis molienti, et specimem illuis eruditum, quod mire mouit falivam V. D. danti in progr. inferipto : Noecimem Eunapii edendi énous ex Aeurs, de Sosipatra, Lipfiae 1748. 4. In praef. exponit adparatum, quem et Fabricins et iple Carpzouius, in praefens theologus Helmstad, celeberr, contulerat, et de aliis subsidits atque codd, agit.' Enimuero hucvsque vir cel, frustratus est spem virorum doct. atque quum illum propter fenectutem vix vltimam operi admoturum effe manum, facile fit eredendum, faltem vt alii V. D. et huie negotio perficiendo apto, lampadem suaque collectanea tradat, et Eunapius tandem e carcere mittatur, quilibet rei peritus mecum optabit. - Codices autem vel ab ipfo Gudio vel ab aliis collati, funt 1) Flor. Mediceus, membranac. antiquifimus sexcentorum annorum circiter, unde reliqui Gudio videntur descripti; de quo cod. v. Bandin. cat. codd. gr. Laurent III. p. 297.) 2 Barberinus recentior, cuius lectt. descripferat Luc. Holften. vnde ad P. Lambec. et inde ad Gudenium peruemerunt; 3) al; recent. postea Remis in abbatia S.

Vol. VII•

Remigii seruatus; 4) bibl. Parifin 5. 6) duo Mediolanenf. in bibl. Ambrof. quorum alter roc. erudita autem manu correctus, et ad marginem varr. lection, coniecturis est illustratus, alter vero eiusdem familiae et generis pretiique, manu tamen recentiore correctus. - Praeter ea funt in bibl. regia Neapol. in cod. IX. Eunapii iyypununta Biur Gihoroquer. in cod. LXIV. Libanii vita et in cod. CLXXXIIX. vitae philosoph. - in bibl. Medic. Flor. cod. III. nr. 25. plut. LVI. et cod. XIII. nr. 1. plut. LXX. ex Eunapii vitis fophifar. Libanii vita. v. Bandin, l. cit. III. p. 300. et 673. qui adnotat, in posteriore cod. vitam illam in fine paucis longiorem effe, quam in ed-Commel. - Eadem vita eft in cod. Barocc. bibl. Bodlei. LXVIII. et plenior, quam ea, quae praefixa est editioni opp. Libanii MoreNianae, in cod. LXXII. (v. cat. codd. Angl. et Hibern. p. 7. et 8.) - In cod. Veneto D. Marci DXVIII. Eunapii vitae fophistar. (cat. codd. gr. p. 279.) ---In bibl. Leidenf. eft exempl. ed. Antwerp. cum quibusdam If. Vofii notis msstis. Aliorum codd. aut collationum' meminit Carpzov. l. cit. Harl.

r) Eodem anno, 1596. prodierunt latine : Vitae philosophorum; scriptoribus, Diogene Laertio, (interprete Ambrofio), Eunapio Sardiano, (interprete Hadriano Iunio;) Hesychio Illustrio,-(eodem Iunio interprete.) Multis in locis emendatiores. Lugd. Batav. ex offi. Plantin. apud Franc. Rapheling. C10 IO XCVI. 12. Harl.

s) Prodiiffe legitur nunc ap. Sam. Crifpinum, nune ap. Iac. Stoer, aut ap. Io. Vignon, aut fub oliua Paulli Stephani, Harl.

Digitized by GOOGLC

Υνψ

538 Lib. V. c. I.

PETRUS MAGISTER -

Vol. V. p. 233 7334

cum magno successu functus effet, iussum a Juliano cauffam agere aduerlus potentem aduerfarium, idque fecisse cum laude, et iudicibus persuasisfe. Diuersus hic videur a nostro et aetate prior, idemque forte cum Eunapio To en Devylas rhetore, cuius meminit Suidas in Meravios. ') De nostro videndus prae ceteris Hanckius lib. II. de romanar. rerum scriptoribus cap. 9. et Ionfius lib. III. de fcriptoribus hift. philosoph. cap. 17. Cui in hoc vno non adfentior, quod feribit, eun vicefimo aetatis anno demum gentili religione imbutum; siue ex Christiano Ethnicum factum esse, idque Eunapium ipsum testari in Aedesio. En tibi eius verba pag. 34. ό γθν ταῦτα γράφων ἐκ παιδός ἀκροατής Χρυσανθίε γενόμενος, μόλις εἰε ακότον έτος ήξιθτο των αληθετέρων, έτω μέγα τι χρήμα ας ήμας της Ιαμβλίχε φιλοσοφίας διετάθη και συμπαρέτεινε τῶ χρόνω. Sane Chryfanthius ille, qui a teneris Eunapium imbuit et cousobrinain eius, Meliten, habuit vxorem, Ethnicus fuit, non Christianus: igitur et Eunapius vbique Christianismi hostem professus, non vicesimo anno primum ethnica superflitione imbutus, sed tunc initiatus demum est arcanioribus mysteriis philosophiae et theurgiae, quae paullo ante [P] dixerat prae Constantini, imp. metu iam coepisse diutius occuli atque pertinaciore filentio inuolui. ") Atque hunc esse verborum Eunspii fensum, et per alangéseea illa intelligi mysteria philosophiae sublimioris. perspicue patet ex illis, quae de Jamblicho fubiungit. Matutinas horas aliis arte rhetorica imbuendis per aliquod temporis collocaffe fe, refert iple in Chryfanthio p. 153. Medicae quoque artis peritus fuit, vt in codem Chryfanthio feribit pag. 156. atque ab Oribafio, medico, tetrabiblum ei fuam, ") quae etiamnum latine ex Io. Baptistae Rafarii versione exstat, inferibente, royioraros adpellatur. Confer Photium cod. CCXIX.

g. PETRUS, gente Illyrius, patria Theffalonicenfis, rhetor fiue aduocatus CPolitanus, prudentiae et eloquentiae laude infignis fuit "), quem Iufinianus, imp. tefle Procopio lib. I. de bello Gothico cap. 3. et 4. legatum mifit ad Amalafuntham, Theodorici, Italiae regir, filiam, eaque interim a Gothis interfecta, bellum Theodahado iuflit indicere, quod ille deprecans in litteris ad Iufinianum, imp. apud Caffiodorum X. 19. Variar. Petrum legatum vocat virum eloquentifimum, dostrina fummum, et conficientias claritate praecipuum. Postea Patri-

-t) Hanc Fabricii coniecturam Ric. Mounteney in obff. in commentar. vulgo Vlpiancos, praefixis eius edit. Demosthenis select. oratt. Lond, et Etomae. ed. IV. 1764 §. 3. pag. XVIII. sqq. non solum vehementer probat, sed etiam certiflimam et verissimam esse demonstraturum se prope confidit ex ipso Eunapio in vita Proseressi Tub Su. (quem locum per oceasionem emendat, et ex quo loco pateat. Eunapium ca tempestate suisse adolescentem stque Athenis per quinque annos continuos operam naussie bonis litteris,) collato Suida in: Maewros, voi sub sinem dicitur Eunapius orator ex Phrygia sub Iouiano, (qui octo tantum menses post Iulianum imperauit,) tributis cogendis praesuisse. Hark

8) Hinc in Eunapio credulitetem anilem notat Huetius demonstr. euang. propos. IX. c. 147. S. 5. ibidemque §. I. eum vocat hominem, superstitionibus ad delirium vsque deditum. Tum Eunapium in vitis sophist. mala side agere, observat Naudaeus lib. de magiae suspectis cap. XII. S. 10. et cap. XIII. S. 10. Heum. - Add. quos laudaui in Introd. in hist. L. Gr. IL I. p. 346. sq. Harl.

v) V. Montfaucon bibl. Coislin. p. 248. fin. Harl.

w) Conf. Saxii Onom. II. p. 27. (vbi actas Petri refertur ad a. Ch. circ. 527.) et quae (cripti in Introd. etc. II. I. p. 426. fq. Harl.

Digitized by

Vol. V. p. 234 7 #35

PRISCUS PANITES

Lib. V. r. I. 530

Patricium fecit etiam Iullinianus, ac magiltrum officiorum, militque de pace ad Chofroëm magnum, vt narrat idem Procopius lib. II. de bello Gothico cap. 22. et lib. IV. cap. 11. et Suidas in Méreos, qui tellatur, scripsifie historias et meel modurings narasudeus. Meminit huius Petri et legationis eius ad Perlas etiam Menander, protector, in excerptis de legationibus pag. 150. Patricium et magilirum fapientiflimum vocat quoque Hermolaus, grammaticus, qui sub Iustiniano scripsit, in Epitome Stephani Byz. in 'Axoray. Corippus lib. I. de laudibus Iuflini minoris v. 25.

Succefforque boni redivivaque gloria Petri Hinc Theodulus adeft, patria gravitate magister.

Eumdem putat Valesius intelligi, quem Vigilius, papa, in episiola encyclica ad vniversam ecelesiam magnificum virum Petrum referendarium adpellat, quique memoratur in Synodo quinta. Sed diversum omnino putem Petrum, rhetorem, (licet Küstero ad Suidam aliter videatur,) quem Leontius Scholafticus in lib. 111. Anthologiae cap. 30. memorat spectantem in Dionysiis collapso theatro obiisle. Non enim rhetorem vocasset poeta, sed patricium et magiftrum *). [P] Quae ex Petri huius, magiftri, hiftoriis supersunt excerpta de legationibus. incipiunt a legatione Parthorum ad I iberium, imp. neque quicquam produnt recentius, quam legationem barbarorum ad Iulianum, apostatam. Confer Hantkium lib. J. de romanarum rerum scriptoribus capite 40. Nonnulla iisdem plane verbis leguntur in eclogis legationum ex Dione Caffio, vt Valefio etiam notatum, Christianum fuisse, coniicio ex auctoritate, qua fub Iufiniano, principe, valuit, licet fatear, argumentum effe non plane firmum certumque.

4. PRISCUS e Panio, Thraciae ") oppido, rhetor et fophista CPol. et Theodofii junioris ad Attilam legatus *), scripserat historiam Byzantinam et de bello aduersus Attilam a*) Үүу 🌶 libris

x) Coaf, supra in Vol. VI, p. 135. Harl.

4) Panitem Suidas, [et Eudocia p. 355.] Thracem vocant Theophanes et auctor chronici Alex. Sophista eidem Suidae [et Eudociae] adpellatur; Enagrio I. 17. II. 1. et 5. et 16. et V. 24. et Nicephoro Callisto in praefat. pag. 35. rhetor: et ante excerpta de legationibus rhetor ac sophista.

z) Iornandes de rebus Geticis cap. 34. Attila, Hunnorum omnium dominus, et paene totius Scythiae gentium folus in mundo regnator, qui erat famo/a inter annes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationem remi/jus a Theodofio innigre Pri/cus etc. Eumdem Priscum, historicum faepius laudat Iornandes, vt cap 24. 35. 42. 49. arque Inuencus in Attilae vita. De illa vero legatione sua [circ. a Chr. 445. sec. Saxium in On. I p 508. aut a. 447. fecund. Hanckium,] fule - fuas in manus veniffe hune Prifei librum, teftatur, et Priscus iple in eclogis pag. 49. seq. edit. regiae.

aa) Apud Suidam [et Eudocium] male xara Arrahor pro sara 'Arrihar, vt Valesio Hankius et Küfterus adsentiuntur. Auctor chronici Alex. pag. 318. quum de Attilae et Alarici motibus et exitio retuliffet, subiungit : seel TE solius oureyou. hare o coQuirares Apienes o Opers. Euagrius lib. I. c. 17. de codem bello : or negelegras neg is re mi-Lien Loyius Agionos o Phrug ypuque, videtur autem. inquit Voffius p. 488. de hift. graecis, hodieque exstare. Sane citat Priscum Baptista Fulgosus in Memorabilium libris; inque bibl. Vaticana effe, auttor est Raphael Volaterranus lib. XIII. Anthropologiae. Superesse etiamnum ait in Nomenclatore juo Rob. Constantinus. Nemo tamen fuit hactenus, qui cum in lucem protulerit, vel in bibliocheca hodre superstite legisse se fit testatus. Fabr. Immo vero sb Hoefchelio eum effe editum, feribit Caba/jutius in notit. concil. p. 193. qui, inde locum aliquem producit satis longum. Heum.



Lib. V. c. I. 54ō

libris VII. Male pro Prisco Hareiones scribitur apud Eugriam lib. II. cap. I. vt Valesius adnotauit, et negoueos apud Theophanem p. 100. vt animaduersum Labbeo in protreptico, Valefio pag. 74. ad Euagrium et Martino Hanckio, qui de hoc scriptore bono et vtili diligenter egit lib. de Byzantinis scriptoribus cap. 2. pag. 138. atque eumdem vltra annum XV. Leonis, Thracis, imp. siue Christi 471. superfuisse demonstrauit. Praeter illos historiae Byzantinae libros, e quibus eclogae legationum excerptae [P] sunt et quorum sextum laudat Stephanus Byz. in Salava, memorat Suidas etiam eius Meheras fiue declamationes rhetoricas, epifiolasque. Christianis scriptoribus recte eum accenset Caspar Barthius in aduersariis. Historiae Byz. scriptorem diligentissimum vocat Valefius ad Ammianum Marcellinum XXX. 2. Alius Priscus, de quo in vitis Sophistarum Eunapius.

5. MALCHUS, patria Philadelphienfis ") Syrus, fophistam egit CPoli "), enroeinns eis angov ennandes, vt de eo Photius da) cod. LXXVIII. qui Christianum etiam fuisse teltatur. Scripfit eleganti flylo Bugarriana, fiue hiftoriam (ab extremis Leonis primi, imperatoris, in quibus substitit Priscus, siue ab a. C. 474. vsque ad necem Iulii Nepotis, occisi a. C. 480.) libris VII. quorum exordio alia iam a fe 'composita testatus est, quemadmodum et in extremo libri vltimi plura se, si suppeteret vita, scripturum promisit: itaque integrius opus vidie Suidas, qui [et ex eo Eudocia pag. 300.] memorat Malchi historiam a Constantino Magno ad Anastasium vsque (ab a. C. 491. per annos XXVII. imperatorem,) in qua fes quoque Zenonis Ilaurici ac Basilisci, qui post Neporem regnarunt, sufius suit persequutus. Inter alia graphice etiam descripfit ac deplorauit conflagrationem publicae bibliothecae CPol. et statuarum të Auyszaje, quod incendium Basilisco imperante accidit, et ad centum viginti millia codicum ablumfir. Vide Cangii CPolin christianam libro II. pag. 150. Ex duobus, quae exstant, Malchi eclogis legationum posterior e prioribus, prior e posterioribus libris petitae esse videntur. Citatur Malchus, vbi de incendio bibliothecae et Palatii fermo est, a Zonara tom, II, pag. 52. Vide et Suidam in Arw BagiAris.

6. MENANDER, Euphratae Byzantini F. Herodoti cuiusdam frater, imperante Mauricio ad fludia litterarum, a quibus ante [P] abhorruerat, adplicans animum fcripfit hiftoriarum libros // III. ab anno Iustiniani, imp. XXXIII. (Christi 560.) vbi desiit Agathias, vsque ad Tiberii secundi excession, (Christi a, 582.) a quo auspicatur Theophylactus Ip'e se apud Suidam in Mérævdeos testatur animum adpulisse ad scriben-Simocatta. dum pera the anoBiogie Aya Die quum Agathias iam effet defunctus, [add. Eudoc. pag. 299.

bb) Philadelphiensem Photius fuisse testatur. Licet autem plures fuerint Philadelphiae, tamen illam Syriae in elligendam vel nomen Malchi docet. Et fortaffe fuit hie ex posteris eiusdem gentis, e qua Malchus, qui deinde sub Porphyrii nomine fuit inter graecos philosophos notisimus, de quo fupra lib. IV. cap. [30. Vol. V. p. 725. fqg] De alus Ma chis dixi ad Eunapium. Vide etiam Rosevidum ad vitas patrum p. 74.

Fabr. Saxius in Onom. II. p. 3, adferit actatem

huius sophistae et historici CPolitani a. circ. 480. adnotat tamen, Pagium in crit. Baron. 481. III. p. 393 tom. VIII. ed. Luce. incertum effe, quo il-Idem in citat le tempore floruerit, putaile. Caue feriptt, eccl, hiftor, htter, Vol. I. p. 465. Harl.

dd) Photius : isi d' o ovyypa Gous Dirader Geus, מ דוג מאאסג אמדע בטזאפעלאי וביסומר מפורסר, אם שבסים, CO) Hine Sophiftam Exzantium Suidas adpellat. Anterros, einguits, λέξεων τοῦς ανθηροτάταις κα RUGHMOIS May die Ornor Tira arny mirays. Xeumeros etc.

200] neque continuare iple hiftoriam fuam poffet. Ab eodem Suida pluribus locis fragmenta ex hoc Menandro adferuntur, etiam in Doninavas, Maseixios et Smadiwres, quae loca in vtroque indice Küfleri omifa, sed a Valesio pridem adnotata sunt. Idem Suidas Menandrum vocat Protectorem "). Quod nomen explicat Menander ipfe in eclogis legationum pag. 171. o de ye Two megocion revomenos meatintwe, dyroi de maca Pomaious Ton es TE. To rataleyouevor a flas, 'tor Basilieror neosnenasyr. Sed fule de hac dignitate Cangius in viroque gloilario. Eclogae illae legationum, quae e Menandri historia excerptae exflant, paullo confuso ordine ac perturbato, ex duobus codicibus Bauarico, et Andreae Schotti, vulgatae ab Hoefchelio funt, quorum alter altero integrior fuit et diuerfas forte collectiones Theodofii alter, alter Ioannis CPolitani exhibuit. Meminere Menandri praeterea Theophylactus Simocatta lib. I. cap. 3. Historiae, et Constantinus Porphyrogenneta lib. I. de thematibus cap. 2. vbi eum Procopio, Agathiae et Hefychio illustri iungit. Fabr. In cod. Coisl. CCLXXXV. fol. 414. eft Menandri Protestoris de inventione S. Crucis tempore Confantini et Helenae: quam historiam nondum editam existimat, vixque editione dignam esse putat Mont faucon in bibl. Coislin. pag. 402. Citatur quoque illius fragment. de cruce in cat. codd. Parif. bibl. publ. cod. MCXL. A. Harl.

7. De Theophylatto Simocatta, e quo et iplo excerpta Legationum in editione regia pag. 176. feq. leguntur, dicam infra, vbi eius historiarum libros, qui etiamnum exstant, recensebo.

Post haec de legationibus excerpta Labbeus subiunxit Eclogas Photii ex Olympiodoro, Candido, atque Theophane, Byz. tum Hespinii illustris de rebus CPol. cum versione et notis Meursti, et ex Suidae Lexico excerpta de imperatoribus orientis, aliisque personis rebusque, CPolitanam historiam spectantibus, cum notis et animaduersionibus. His addenda excerpta e Nonnoso Photiana.

8. OLYMPIODORUS, ex Thebis Aegypti oriundus et Theodofii ad Hunnos legatus, licet a Chrifli facris, Photio tefle, alienus, fcripfit $\sqrt[1]{\lambda_{HS}}^{H}$) hiftoricae fiue commentariorum libros XXII. de rebus ab. a. C. 407. Honorio feptimum et Theodofio iuniore COSS. [T] ad a. C. 435. quo Valentinianus III. fecundum Conful, renunciatus eft Augustus. Argumenta librorum, quos eidem Theodofio auctor dicauit, refert Photius cod. LXXX. *) qui montriny to entrindeuma (non Poëtam, vt vulgo interpretantur, fed vt Reinefut *) II. 5. Y y y 3

ee) H. e. corporis fatellitem. conf. Hamberg. l. c. III. p. 441. et Saxii Onom. II. p. 60. fq. et pag. 539. Harl.

Nol. V. P. 237 238

f) Ita etiam postea Commentarios suos inferipfit N:cephorus Bryemuus.

²) Add: Lamber., VI. de bibl. caef. p. 413. fqq. Hart.

gg) Confer Rein/fis epistolas ad Nesteros pag. 19. Hermanni Convingis de hermetica medicina pag. 49. et Olaum Borrichium de fapientia Aegyptiorum p. 25, 34. [et Fabr. noftrum infra libr. V. eap. 38. de feriptor. in Photii bibl. etc. LXXX. Vol, IX. p. 400.. vet. ed. et Vol. XII. p. 754. fq. in Th. Reinefii iudicio de chemic. gr. cod. Gothano: ibid. p. 764. 767. 770. Eft quoque cod. gr. Olympiodori et reliquorum antiqe. chemicorum in bibl. Vratislau. Rehdinger. tefte Franz in memor. illius bibl. pag. 85. Harl.

Digitized by **GOO**

542 Lib. V. c. I.

Vol. V. p. 258

Var. Lech. pag. 154. feq. operatorem chymicum.) fuisse, ex ipsiusmet testimonio refert. As certe molnguy pro operatione chemica poni peruulgatum, vt Cangius in glossario graeco bene obferuauit, nec modo inter chemicorum nomina Olympiodorus occurrit in MS. collectione chemicorum graecorum, de qua libro VI. pluribus erit dicendi locus, Ilvoore à Oixe xou τα διοματα ποιητών, αεχή Πλάτων, Αρισοτέλης, Ιωάννης ίερευς, Δημέχειτος, Ζώσιμος ο μέγας, Όλυμπιόδωgos. Στέφανος ο φιλόσοφος, Σοφαε ο er Περσίδι etc. fed etiam inter feripta ipla chemica habeo vnum hoc titulo: 'Orumiodues Oiroróos' Arecardetus πρός Πετάσιον τον βασιλέα Αρμενίας ès το κατα ένεργειαν Ζωσίμε, όσα από Έρμε και των Φιλοσόφων ήσαν elonutiva. Notandum tamen, hunc Olympiodorum dici Alexandrimm, non, Thebanum; deinde ferri eius commentarium in scriptum Zosimi, quum Zofimus historicus historicum Olympiodorum nominetenus citet lib. V. c. 27. adeoque eum actate non videatur praeceflife. Sed dicere ad hoc licet, vel codem tempore ambos icripitife, Zolimum et Olympiodorum, quod verifimillimum mihi videtur, vel alium fuisse Zolimum, Thebanum Panopolitam, (Suidae Alexandrinum,) chymicum ab historico, vel locum, in quo Olympiodori mentio, per glossema libris Zosimi historici infertum este, vt vitum Lambecio, quem vide Hb. VI. pag. 177. fq. 188. M). Certe Olympiodorus ibi fere, vbi definit Zofimus, aufpicatus historiam fuam multo quam ille longius produxit. Prodierunt excerpta ex Olympiodori historicis Commentariis, ne Photii editionus memorem, etiam in tomo tertio minorum historiae romanae scriptorum, sed minus integra ex bibl. Francisci Pithoei cum versione et notis Frid. Sylburgii Francos. 1590. fol. De aliis Olympiodoris, ve peripatetico, Procli praeceptore "), et altero iuniore Alexandrino, qui vitam Platonis et commentarios in Platonis Alcibiadem', Gorgiam, Phaedonem, Philebum et alia forte nonnulla feriplit, quemadmodum et de Olympiedoro, christiano scriptore et diacono Alexandrino, quem philosophum et zohur ra gea vocat Anastasius Sinaita, (qui saeculo VI. extremo vixit.) Iub*

hh) Lambec. Vol. VI. pag. 380, fqg. ed. Kollar, copiole recenfet codicem caefar, LI, in quo plura opera chemica continentur: in his nr. VIL. fqq. Zosimi libr. de virtute artis chemicae, et alia eius opulcula: et nr., XXIII. Olympiodori Thebani, philosophi Alexandrini, comment. secundum operationem Zosimi, ('Orvuniodues, Qi-Recoge 'Arefardpius as ta nut' irigyaur Zucius) in ea, quae ab Hermete Trismegifto et aliis philosophis de Chrysopoeia fuerunt ditta, quem comm. Lamber. pag. 409. fqq. verbole expoluit et p. 416. fqq. demonstratum iuit Olympiodorum, philosophum Platonicum Alexandrinum, Olynpiodorum, historicum Thebis Aegyptiis oriundum, et Olympiodoram, operatorem ac scriptorem chemicum vnum afque eumdem effe hominem : hune vero Zosimo, historico et chemico, este iuniorem; concludit denique p. 424. sq. locum Zosimi, (lib. V. c. 27. p. 457. fq. ed. Reitemeieri,) in quo Olympiodori citatur historia, scholion esse ano-

nymi cuiusdam grammatici marginale, quod poftea librariorum infeitia in textum irrepfiffet, ideoque vel totum vel magna ex parte effe omnino delendum, Sed Reitem, ad l. c. p. 458. tum in disquis. de Zofimi fide, in Volborthii biblioth. philolog. Vol. II. (Lipf. 1780. 8.) pag. 233. et in disquis. in Zosimum etc. ed. praemissa, pag. XVI. durum illud Lambecii iudicium improbauit. ---Olympiodori expositio in scriptores chemicos; fiue de dinina et facra arte lapidis philosophici tractatus est in codd. bibl. publ. Parif. MMCCXLIX. MMCCL. et, Olymp. ad Petafium, Armeniae regem, de facra arte in cod. MMCCCXVH. nr. 25. fic quoque in cod Guil. Peliserii inter multos altos scriptores de auro conficiendo in Montfauc. bibl. bibliothecar. MSS. II. p. 1200. C. - -Ex Theophane Byzantio, Theophylacto, Olympiodoro, Conone etc. in cod. Leidenfi. (cat. bibl. Leid. p. 342. nr. 61.) Harl.

ii) Couf, Lamber. l. c. p. 411, fq. Harf.

Digitized by Google

Vol. V. p. 239 7 240 CANDIDUS, THEOPHANES, NONNOSUS Lib. V. c. 1. 543

fub finem libri VI. in [P] Hexaëmeron, alibi dixi. Omitto Olympiodorum, λοχαγον, fiue ductorem manipuli, cuius meminit Plutarchus in Aristide pag. 327. et Olympiodorum, Thessalum, Hippodromi; sophistae, patrem, de quo Philostratus. Olympiodori, nescio cuius rhetoris, wegi τë απο εναντίων λόγε διαταξις MS. suit inter libros Gudianos.

9. CANDIDUS, Ilaurus, sub Anastalio, vt videtar, scripsit adfectata, vt arguit Photius, dictione, historiarum ab auspiciis Leonis, Thracis, vsque ad obitum Zenonis, Isaurici, sibros tres. Idem Photius cod. LXXIX. vbi argumentum operis recenset, de auctore, qui Christianus fuit, haec habet: έτι δε πατείδος μεν Ισαυείας. ώς αυτός Φησι, της τραχείας, επιτήδευμα δ έσχευ υπογραφεύς (notarius fiue tabularius) των εν Ισαύεοις πλείτον Ισχυσάντων. την δε Θεησκείαν χριτιανός ήν και όεθόδοξος, τήντε γαε τετάρτην σύνοδον επαίνοις signations filtorico, habet Suidas in Xeseiζω, vbi pro Káddos isoguoyeaΦos, quem ex corrupto Suidae loco retulit etiam Simlerus in luam bibl. et Mallincrotus in sua de historicis graecis paralipomena, legendum esse Kavdidos, monuit Küsterus, et ante eum Reinessus HI. 2. Var. lect. pag. 366. et Valessus pag. 74. ad Euagrii II. 16.

ro. THEOPHANES, Byzantius, a Theophane, confessore¹⁴), qui in sua chromicorum Syncelli continuatione et ipse res Iustini vtriusque ac Iustiniani adtigit, diuersus, ecque multis, vt videtur, annis antiquior et sub Mauritio forte, imp. clarus, scripsit praeter commentarios de rebus Iustiniani, imp. quorum libro primo meminit, X. libros historiarum ab anno fecundo Iustini iunioris (Christi 567.) ad annum eius dem Iussini duodecimum (Christi 576.) ita, vt singulis libris singulos annos tribuisse videatur. Excerpta ex illis seruauit Photius cod. LXIV.¹¹) plures etiam postea, quibus decem istos continuauerit, libros composuisse testaur. Fabr. Conf. Guil. Caue 1. c. vol. I. pag. 537. Moller. Homonymoscop. sect. II. c. 5. §. 77. pag. 523. et Mart. Hanke de rerum Byzantin. script. part. II. c. IV. pag. 674. sq. Harl.

11. NONNOSUS, Nórvooos, christianus feriptor, tradidit historiam legationum suarum, cuius argumentum et ex illa excerpta quaedam seruauit Photius cod. III. mm). Fuit autem Nonnosus hie Iustiniani, imp., ad Aethiopum Auxumitarum regem, Elesbaam, ad Homeritas, Saracenos, quorum Φύλαεχος Caisus erat, et ad alios orientis populos [P] legatus, filius Abrahami, presbyteri, quem Iustinus, Thrax, et Iustinianus legatum misere ad Alamundarum et iam memoratum Caisum, praesectos Saracenorum: et Nonnoss nepos, qui ad Aretham, eorumdem Saracenorum praesectum, legationem nomine Anastasii, imp. obierat. Haec e Nonnoso nepote excerpta Photiana in Labbei eclogis, nescio quomodo, omissa funt. Huic Nonnoso Lambee. V. pag. 277. [ed. Koll.] tribuit Gregentii disputat. cum Herbano, Iudaeo.

kk) De hoc supra cay. 4. §. XXXVIII. not. pag.
151. seq. quem Georgium Theophanem, nescio quo auctore, vocant Vossius de hist. graecis pag.
285. et Reinessius de palatio Lateraneus pag. 83.
84. Ansa forte, quod Georgium Syncellum continuauit.

1) V. infra Vol. IX. p. 397. vet. ed. in cap. de Photio. Harl.

mm) V. infra Vol. IX. de Photio p. 382. III. vet. ed. Hari.

Digitized by GOOGLE

Vol. V. p. 140 7 241

daeo et VIII p. 828 [ed. Kollar.] Martyrium Arethae et sociorum. Fabr. add. inf. vol. IX. cap. 32. 9. VIII. vet. edit. Harl.

12. HESYCHIUS ^{ma}), illustris ^{oo}), pattia Milesius, Helychii, aduocati, et Sophiae filius, scriptor, (licet Suidae ^{pp}) aliud videatur,) itidem Christianus, Iustiniani, imp. tempos ribus compositi historiam chronicam, sex τμήμασι^{og}) fiue dia τήμασι difinctam, quorum I) de rebus, quae a Belo, Affyriorum rege, bellum Troianum antecesserierut, 2) ab Hio capto ad Romam vsque conditam, 3) ab vibe condita vsque ad Consules creatos Olympiade LXVIII. 4) a Consulum initio vsque ad Iulium Caesarem. 5) a Iulio Caesare vsque ad Constantinopolin, a Constantino M. inflauratam. 6) a Constantino M. vsque ad excession Anastasii Dicori, imp. Vide Photium cod. LXIX. et Suidam in Hoύχιοs. Sexti τμήματοs initium ad nos puto peruenisse, sub titulo: Πάτεια ^{err}) Κωνσαντινεπόλεωs, quae adeo a [P] Suida¹⁰, torum opus chronicae historiae laudante, haud singillatim memorari, minime eff mirum. Primus illa sub Georgii Codini¹⁰, qui excerptit ac feruauit, nomine graece et la-

ns) Hanc paragr. recudi fecit Alberti in prolegg, ad Hefychii Lexicon Vol. I. fol. g. vbi quoque fol. h. repețita est Thor/chmidii comment. de Hefychio illustri, christiano, Wittemberg. 1716. Harl.

00) IAAsspies, [i. c. illustris. fic Augustalis gracce dicitur avyssalus ab Isidoro Pelusiota hb. III. ep. 50. Male quidam cum vocant Illustrium. v. Vollium lib. III. de vitiis fermon, cap. VI. 397. Ca/aubon. ad Lacrt. II. 74. Heum. add. Ions. 1. c. Harl.] non est nomen proprium, sed dignitatis, vt multi iam animaduerterunt. Vide Colomesium ad Gyraldi dialogos de Poëtis pag. 145. Hanckium de Byz. historiae scriptoribus cap. 4. Meurfium in gloffar, et notis ad Hefych, et praccipue Cangium in glossario graeco, Ionsium III. c. 19. §. 5. p. 105. sq. ed. Dornii et Edmundum Chilmeadum ad Malalae chronicon tom. I. pag. 377: Fabr. Conf. supra in h. libro, cap. 4. 6. XXXVI. voc. Hesych. Hic claruit secundum Saxium in Onom. II. p. 28. circ. 2. Ch. 527, fecundum Thorschmid I. c. sect. I. §. XII. a. Chr. 536. sub impp. Anaftafio, Iustino et Iustiniano. Harl.

pp) Suidas, Chriftianum non effe Hefychium, collegit ex eo, quod in libello de viris eruditione elaris chriftianos fcriptores non memorat. Sed aliud eius fuit inftitutum, et in eo ipfo libéllo memorat Sibyllam Chaldaeam, de Chrifto vaticinatam. Tribonianumque tamquam "Ealassa, h. e. Ethnicum atque 29:00, perstringit. Itaque Chri-Aianum fuisse existimant H. Stephanus, Vossius pag. 268. [libr. II. c.22. pag. 214. sq.] de hist. graecis, Hanckius, Caucus, altique, [m primis Thorschmid. sca. II.] quibus libenter adsentior.

qq) Τμήματα Photius appellat, διατήματα Suidas, et auctor gloffarii iuris in Παλματίας, vbi laudatur 'Ησύχιος ό φιλοσοφήσαι ετί τῆς Μιλησίας ετ τῷ έ χρονιαῷ διατήματι τῆς isogias. Idem in Φόλλα allegat Helychium εν τῷ σ' διατήματο.

rr) Sic Hyafis, fiue Oafis, vrbis Libyae, τα πάτρια, fiue origines stque antiquitates, feripfit Soterichus, poëta, teße Steph. in "Taoss: Diogenes, Cyzicenus, τα πάτρια Κυζίκα, Suidae laudata in Διογ. et eidem Stephano in Bioβικος, stque alibi: Claudianus τα πάτρια Ταοσῦ, 'Αναζάρβε, Bagerũ, Neκαίας, vt ad epigrammata Claudiani graeca adnotatum in veteri codice Allatius reperit, qui etiam in excerptis rhetorum pag. 256. edidit apofpafmation Callinici, fophistae, δα τῶν as τα κάτρια Paíays. Tzetzes Chiliad. 2. versu 973. vbi de Apollonio, Tyanenfi: γράβεσς ταῦτα πάτρια και χοι χρουκῶν τε αλῦβος. Con/tantinus Porphyrog. II. 12. theimat. pag. 111. οἱ τὰ πάτρια συγγεγραφότες Βυζαντίς.

ss) Vide, quae supra pag. 137.

tt) In cod. Vindob. caelar CXXVI. eft Hefy. chii illustris initium fextee partis annalium f. chromici operis, cum inscriptione margen Kurrauronani-Acues

Digitized by Google

tine edidit Georgius Doula, Iani F. neel narelwy rns Kwysevryvenodiews naeerBodai er της βίβλε τε χρονογράφε, Heideibergae apud Hieronymum Commelinum 1596, 8. et Geneu. 1607. 8^{du}). Inde eadem integriora paullo, veluti nondum edita, ad calcem libelli Hefychii de viris illustribus, e MS. Palatino graece cum versione sua et notis sub vero Hefychii nomine vulgauit Ivames Meurfus Lugd. Bat. 1613. 8. [et in Opp. Meurfii, Florent, tom. -VII. pag. 201.] adiunxitque Beffarionis, Cardinalis, epifiolam, fcriptam graeco vulgari fermone feruatamque a Georg. Phranza et a fac. Pontano editam graece in notis ad Phranzam pag. 309. ad Thomae Palacologi filiorum paedagogum Roma datam 8. August. 1465, qua eum hortatur, vt cum Critopulo, medico, diligentem corum curam habeat, neque Anconae diutius sublifiat, fed Siciliam petat. Meurlii verfio notaeque a Labbeo in editione regia vna cum graecis recufae ex illius editione funt. Nonnulla in editione castigant Allatius ad Eustathii Hexaemeron pag. 126. et Gisbertus Cuperus lib. IV. observationum cap. 14. Interpretationis Doufianae errores notauit Iac. Gret/orus observationibus in Codinum, lib. III. cap. 18. eiusque editionem e Bauarico codice auctiorem fecit cap. 19. Nos etiam, inquit Allatius diatriba de Georgiis pag. 362. ex alio MSto codice multo hifte plura in nostro vo) Variorum Antiquorum tomo 1 protulimus, adeo vt iam Lector opus absolutum femmehabeat. Nec aliud ab hoc oput effe mihi autumo, quod in bibliotheca Carthufas Neapolitanas in indice MStorum legitur Georgii Codini Chronologia CPolitana. Legitur etiam MS. Romae in Bibliotheca Vallicellana D. 23- et Scoriaci in regia. Neque alius a Codino eff Georgius Conflantini, qui méreue Conflantinopolis et librum de Sapientia stripfiste traditur a Gesnero: Constantinus enim, ni fallor, locum Codini occupauit. Errorem sequuti funt Gesneriani Epitomatores Robertus Constanți. sus, et qui fine vllo delectiu atque examine omnia exscribit Paulus Bolduanus. Liber vero iphus de Sapientia nullus alius este videtur; quam ea pars πατείων, quae in exstructione Templi CPol. S. Sophiae enarranda impenditur. Confer, quae de Codino infra, vbi pleniorem Originum eius CPolitanarum [P] editionem, a Petro Lambecio curatam, recensebo. Hefy. chium illustrem citat Tzetzes Chiliad. 3. versu 877. atque inter alios, qui Iustiniani temporibus έπì

Aros; הישרי באאישא אמן הישרי טיטעמלודמן. de quo copiofus est Kollar. in supplem. ad Lambecii comm. pag. 729. fqq. variaque culpat in Neffelii cap. V. catal, cod. XXXVII.) et Forlosiae narratione de co. Nomen quidem nusquam adscriptum comparet; excertifimis tamen vestigiis cognoscitur. Ko-lar. negat contra Forlofiam illum codicem, facculo XIII. vel certe proxime consequenti, manu exaratum, a Georgio Codino, a. 1453. captae a Turcis CPoli superstite, fuisse interpolatum, tum oftendit, in hoe cod. modo quasdam abeffe narratiunculas, quae in Codini edit. legantur, modo plura indicari, quae in exemplo Codini typis vulgato defiderentur. Concludit igitur, hanc Hefychianorum annalium partem sextam iam ante Codinum ab incerto quodam facculi XI, feriptore a

Vol. VII.

Vol. V. p. 2417242

VI. NICEPHORUS, CPolitanus patriarcha 4), in locum Tarafii a. C. 806. 112. April. die pasehatis creatus et a. 815. ob propugnatum imagmum cultum depositus, atque inde Homologeta, fiue confessor, Graecis diclus in monasterio a. 828. decessit. De quo Menaea 2. Iunii, Ignatius, diaconus CPol. in vita, (quam, ab Allatio acceptam, Combefifius communicavit Henschenio, a quo edita graece et lat. in Actis Sanctor. 13. Mart.) tom. II. latine pag. 294. et gracce pag. 704. et Martinus Hanckius de Byz. rerum scriptoribus lib. I. [P] cap. XII. Differtationem de eius feriptis cum catalogo MSS. bibl. regiae Parifiis editurum le recepit Io. Boiuiniur, thefauri illius, vere regii, cuftos digniffimus. Nouam etiam operum Nicephori huius editionem exspectabamus ab Anselmo Bandurio, Ragulino, presbytero ac monacho Ord. S. Benedicti e congregatione Melitenfi. Confer, quem infra cum lectore communicabo conspectum Operam S. Nicephori, patriarchae CPol. quae propediem duobus tomis, edenda funt, et quorum pauca haltenus edita fuerunt, cum interpretatione latina, notis ac octo differtationibus criticis, dogmaticis et historicis. Paril. 1705. 12. et Memorias Treuultinas illius anni mense Augusto p. 1461. Editorum eius scriptorum recensioni, quae occurrit apud praestantifimum Caucum [hist. litter, SS. EE. vol. II. p. 4. fqq.] pauca hace habeo, quae addam:

1) Breuiarium historicum, a Mauritii nece anno Chrissi 602. ad annum Chrissi 770. fiue Leonis IV. et Irenes nuptias legit laudatque Photius cod. LXVL idem nec plenius euoluisse fe innuens, quam a Petauso Paris. 1616. 8. cum versione et notis editum et deindé inter Byzantinae scriptores historiae 1648. fol. et [Venet. 1729. fol.] suit reculum et Theophylacto Simocattae solet subici. Adiunxit Petausus Nicephori Gregorae fragmenta pag. 240 — 257. in antiquioribus editt. omissa. Gregorii praeterea cognomento Figusi Taurominitani in Sicilia episcopi, Homiliam in indictionis sue anni principium. pag. 258 — 285.

Gggga

a) Conf. praeter ea fupra, cap 4. §. XXXIX. Caf. Oudin. comm. de S. S. E. E. tom. II. p. 2. fqq. Ceiller hift. gen. des AA, EE. tom. XVIII. p. 467. Hamberger 2. N. tom. III. p. 561. fqq. Saxii Ourom. II. p. 100. et 545. Vita Niceph. CPolitani, a Theodoro Grapto composita, est in bibl. Parif. teste Montfaucon. Palacogr. gr. 72. De

Theodoro Grapto conf. paullo poft in indice scriptor, in Nic. Gregorae hift. Byz. v. Graptus. H.

Sequitur

Digitized by

e) V. Anfelm. Bandur. in Imper. orient. II. p. 907. ed. Parif. aut p. 630. ed. Venetae et paullo poft in indice feriptorum in Nic. Gregorae hift. Byz. voc. Nicephorus Gregoras, Harl.

Sequitur Epitome temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum ex Eusebii Pamphili libro, qui inscriptus est Baroidizes, et aliis iunioris actatis monumentis pag. 286 - 309. Indiculus Metropolitanarum fedium ^f), CPolitano patriarchae subiectarum, pag. 310 -- 398. Georgii Pachymerii fragmenta graece, quae in Augustano codice MS, deesse Hieron. Wolfius in fynopfi libri V. monuerat, pag. 315 - 407. Libellus Hippocratis περί τῶν Οαεμάκων κα-Saugovrav primum editus ex codice Cuiaciano, graece pag. 308 - 410. Ac denique Nice. phori, patriarchae CPol., fragmentum de Conftantini Copronymi vita et exitu, ex Theophanis Chronographia depromitum graece et lat. post Petauii notas pag. 206 - 218. Fabric. gallice versum est Breuiar. a Monterolio. Paris. 1618. 8. et a Moreto, (Moret, Controlleur en la Generalité de Montauban.) cum notis historicis. Paris, 1634, 12. - Breuiar. histor. exflat in cod. Augustano Vindel. (Reifer. cat. codd. p. 80.) — in bibl. Wratislau. Rhediger. (Kranz. Memor. illius bibl. p. 86.) - Chronographia, fub nomine quidem Eufebii, fyriace, in bibl. Bodiei. cod. MMMCXXXI. et inter codd. Th. Hyde nr. MMMMMMCCCCI. - Ex chronicis Niceph. excerpta fubinde aliqua adjunguntur Damafceni orthodoxae fidei expositioni in cod. Veneto Marciano ID. (cat. codd. gr. p. 263.) Harl.

2) Chronologia compendiaria ab Adamo ad auctoris aetatem; de qua dixi superiore capite §. 39. pag. 153. feq. [couf. de edd. Camerar, infra vol. XIII. p. 520. - Lambee. comm. de B. Vind. III. col. 147. et 149. Kollar. vol. V. col. 484. fq. vol. VIII. p. 456. Iriart. cat, codd. Matrit, pag. 352. cod. LXXXV. et p. 480. cod. CXXI. conf. notam ad nr. 4.]

[1] 3) Ex Nicephori, CPol., artirrheticis tribus aduer (us Mamonam et Iconomachos opuscula quatuor latine ex Turriani versione vulgauit H. Canifius tom IV. antiqu. lect. 4) fed passiin infeliciter, cum non coniungenda hinc inde connectat. Recufa funt tom. XIV. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 89 - 98. Colon. 1618. tom. IX. et parte altera tomi IV. Parif. [1624] 1654. Ex libro II. et III. duo fragmenta eius, quibus Aflerii Amaleni dicta vindicantur, graece et lat. dedit Combefifiur, Auctar. nouo bibl. patrum tom. 1. p. 267 - 280. Parif. 1648. Integrum opus, nec leui danno Christianae rei ac litterariae (iudice Combesisio) delitescens habetur graece in bibl. regis Galliae fub nomine Theodori Grapti, quo titulo deceptus Nicephorus Gregoras cum aliis Graptum pro auctore libri habuerunt. [v. confectorem cat. codd. Parifin 11. p. 176.] Sed in bibl. Colbertina eiusdem antiquitatis codex, teste Boiuinio, recte id tribuit Nicephoro, CPolitano. Vide Io. Boiuinum ad Gregorain pag. 793. feq. Abys y caput 51. laudat Allatius' p. 159, contra Hottinger. Ex libro II. fragmentum de fex synodis graece et lat. edidit Combefifius tom. II. Auctar. noui bibl. patrum, Parif. 1648, p. 603 -610. reculum latine in bibl. patrum, Logd. tom. XIV. p. 97. Habeo, inquit in bibl. Concionatoria a. 1662. idem Combefifius, quae iuflum volumen impleant, nec tomen integra, dilaphs quandoque foliis: — — expleat forte Petri Seguierii, Franciae Caucellarii, faiffus fatis charta bombycina codex." Alia offerebat Allatius etc. Confer Combefifi Origines CFolitanas pag. 184. qui pag. 159. lequ. graece et latine ex vita Nicephori a Theodoro Grapto fcripta edidit

Freheri peg. 144. feq.

f) Confer indicem fimilem in iure gracco rom. Vol. II. part. IL Amitel. 1725. fol. conf. Baumgarten Nachricht. von e. Hall, Biblioth. tom, VI. g) Rep. cura et cum animaduers. Ba/nage, p. 261. Harl.

Digitized by

edidit ipsius disputationem de imaginibus cum Leone Armeno, imp. Rarif, 1664. 4. Fabr. In bibl. Parif. quondam regia funt fecundum catal. codd. II. Antirrhetica aduerfus Mammonam^h) et Eusebium arque Epiphanidem in tribus codd. CMIX — CMXI, in guorum-vltimo eff quoque Nic. tellimoniorum, antirrheticis subjunctorum, procemium, et censura fiue explicatio tellimoniorum, aduerfus facras imagines parum perite adlatorum. Infuper in tribus ilis codd. funt Niceph. pro irreprehensibili et pura Christianorum fide capp. octoginta tria. In bibl. Coisiniana, cod. XCIII. continet Nicephori libros pro fide orthodoxa aduerfus Icononachorum falfas criminationes et peruerla dogmata. Horum librorum ineditorum conspectum volgauit Anf. Bandurius. Quare Montfaucon. in B. Coisl. p. 143. fq. librorum tantum nomina et initia, vti in illo codice iacent, repraesentauit, idemque animaduertit, quaedam, interdum abscifis aut transpositis foliis, mutila esse et perplexa, sed restitui posse ex vno codice regio; et vicillim quaedam in regio manca ex Coisliniano posse refarciri. — In cod. CXV. CXX. et CCLIX. fol. 57. sunt in Anastafii quaestionibus et responsionibus etc. tum in cod. CXXII. in Niconis collectaneis, in cod. CXCIH. fol. 40. verfo ex Nicephoro quoque loca defumta. (Montfaue. p. 188. 193. 197. fg. p. 245. et 305) - In bibl. Bod-Iciana, in cod. MMDCCCLXXVII. nr. 37. Niceph. difput. cum Leone, imper., de venerandis imaginibus. — Dublini in bibl. collegii S. Trinit. in cod. CCLXXVII. nr. 35. (vt verbis vtar auctoris cat. codd. Augl. et Hibern. Vol. II. part. II. p. 24.) Nicepheri C. P. vel potius fragm. haerel. p. 6. envoyant Xwv etc. nondum edit. — Magnus Crufius promiferat edition. epitomes libeorum antirrheticorum Nicephori CPolítani, adueríus iconomachos; fed a promiffis non stetit. v. quae scripfi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 454. sq. Harl.

4) Stichometriam librorum facrorum, chronographiae fubiici folitam, graece vna cum versione latine Anastasii habes in operibus postumis Petri Pithosi, Paris. 1600. 4. pag. 14. feq. Inde eam recudi curauit in criticis facris Anglis (apud Batauos et Francofurti recufis) Iohannes Pearfonus, Emendatiorem e codice MS. bibl. Coislinianae Montfauconus p. 204. Nicephori esse idem vir doctissimus in Vindiciis Ignatii part. I. pag. 33. seq. et sane videtur Nicephoro antiquior effe: libros enim recenfet codem ordine, quo in calce fynopleos Athanafianae leguntur, etfi ibi in editis sixwy enumeratio est omissa. Chronographiae Nicephori MS, codex graecus cum subiecta stichometria, sed quam Camerarius omisit, exstat lenae, vt alias bibliothecas Galliae, Angliae, Italiae practeream. ') Alias 51×0µereias et in-

Gggg3

h) Sic adpellatus eft Conftantinus Copronymus, quod Iconomachi studerent ei magis, quam deo placere, atque its se dei quasi riualem constitueret; vt ait confector catal. codd. Parif. II. p. 176. Harl.

i) In cod. reg. Matrit. CXXI. eft Niceph. chronographia compendiaria ab orbe condito, eaque, fine verba, fine numerorum notas, fine etiam rerum ordinem spectes, ab editis est alicubi discrepana, et plurimis, locis multo plenior ac locupletior; accedit, quod maxima corum pars, quae

ex Anastasio supplet P. Goar, ex graeco huius codicis contextu pariter reflituitur. Chronographia definit in Bafilio, Macedone. Constantinus autem Lascaris adtexuit Bafilii successorum feriem ad Constantinum vsque III, cum breui expugnationis vrbis suaeque ipfius captinitatis narratione. Vltimum locum occupat, Conftantini fratrum corumque subolis notitia, quam Iriarte in cat. codd. gr. Matrit. p. 481. graece euulgauit, aliaque bene notauit, et reliquos in illo codice complures catalogos recenset chronologicos. Pag. 47. sequitur narratio oray doi Sam yenfai Annithe Comeray ngi

Digitized by GOOGLE

NICEPHORUS CPOL.

et indiculos librorum facrorum e MSS. codicions vulgauere Cotelerius, [P] Carus, Io. Morinus, Rich. Simon, Laurentius Zaccagnius et Humfredus Hody, vt dictum a me est lib. IV. cap. 5. pag. 223. De codice illo Ienensi, quo olun vius Camerarius, vide Io. Andreus Bossi ad Reinesium epistolas pag 361. 362.

5) Confession fidei ad Leonem III, papam latiné ex veteri interpretatione, quain Anaflasi bibliothecarii elle putat, vulgata a Baronio in Ann. ad a. C. 811. nr. 20 – 43. Sed vertio in edit. graecolatina Commeliniana inter acta synodi Ephesinae est Theodori Pultani S. I. Heidelberg. 1591. fol. pag. 342. lat. et graec. p. 303. ibid. 1604. fol. Cum eadem Peltani versione legitur post lo. Zonarae commentar. in canones concilior. Paris. 1618. fol. pag. 760. et in collectione concilior. Labbeana tom. VII. pag. 1205. Fadr. et Harduini tom. IV. p. 978. graecis vtrobique ex praeclaro cod. Seguieriano castigatis. Veterem lat. versionem ad Baronium misit Fronto Ducaeus, descriptam ex magno codice conciliorum msto bibl. canonicorum ecclesiae Virdunensis in Lotharingia; eamque dedit Baronius in Annal. 1. c.

6) Nixn Ooes ouodoynt's canones' ecclesiastici XVII. in libro Secundo iuris orientalis ab Enimundo Bonefidio Paris. 1583. 8. editi pag. 18. graec. et lat. p. 105. Atque in graecolatina Marqu. Freheri editione Francof. 1596. fol. p. 195. feq. tum tom. VII. concilior. Labbei p. 1207. et latine in adpendice ad bibl. patrum Patif. 1570. et tomo VI. edit. Parif. 1654. fadd. cat. B. Leid. p. 59. exflat quoque in concil. ed. reg. tom. XX. Labbei tom. VII. et Harduini tom. IV. v. infra libr. VI. p. 519. Vol. XI. ed. vet. vbi quoque de concil. CPol. a Nic. ram, vbi illos exflare fcribit Caueus, et qui catalogum bibl. Barberinae concinnauit, reperire haud potui. Ex his 2. 3. 4. 9. 12. et 16. non comparent inter canones illos XXXVII. quos graece et latine edidit Cotelerius tom. III. monument. ecclef. graecae pag. 445. feq. a quo pag. 451. feq. alius adhuc noueni diara'Ees 'ExxAnoiaginas' publicatas habes ex collectione, quae complectebatur canones LXVI. Nam et Michaël Glyras pag. 291. quinquagefimum primum laudat, et Cotelerio p. 652. observante, ab aliis plures, ab aliis pauciores clari illius patriarchae ac confessoris, quo ipsis visum fuit, ordine ac modo colligi canones contigit. Eidem etiam Cotelerio debenus p. 453 — 463. Epiflolam Nicephori, responsiones ad 17. capita, ab Hilario et Eustratio proposita, complexam. Expositionem fidei MS. memorat

usaurenie fierar sud i rárue suzemerele. At, num ipfius S. Nicephori fit huiusmodi opusculum, incertum quoque videtur Iriarto p. 483. atque monet in Nelleliano bibl. Vindobon. catal. part. I. pag. 230. cod. CLIII. nr. 11. occurrere quoque fimilem anonymi suzemerelar. Singula vberius explicat idem, et, quae differant ab editione regia Paris. adnotat. Add. de Nicephori aliorumque flichometriis Nathan. Lardner in: The Credibility of the Gospel Historie etc. Vol. XI. Londin. 1754. m. 8. aut secundum versionem Daw.

Bruhn germ. Die Glaubwürdigkeiten der euangelischen Geschichte etc. Vol. XI. cap. 147. p. 235 — 261. coll. Baumgart. Nachricht. von merkwürdig. Büchern, tom. X. p. 353. De flichometria f. mensura versuum vniuersorum operum V. ac N. T. varia eorum distinctione, et in metiendis vorsibus discordia in veteribus libris, docte agit Salmasius in prolegomenis in Solinum seu Plinianas exercitatt. stell. 4. plag. 4. auers. et stell. 5: Harl.

Digitized by

Vol. V. p. 298

NICEPHORUS CPOL.

morat Labbeus bibl. nou. MSS. pag. 88. Fabr. Expositio fidei est in cod. DCCCLXXXVII. nr. 6! bibl. publ. Parif. - Nic. epistola ad Leonem, papam rom. in cod. XXXII. Coislin. atque Montfancon in bibl. Coisl. p. 85. adnotat, postremo illam ex hoc codice emendatam esse et illustratam in collectione conciliorum, monente Labbeo, tom. VII. p. 1205., - in cod. Coislin. XXXVI. fol. vlt. est canon Niceph, de jeiunio monachorum. - In cod. CCXI. fol. 312. Iq. Niceph. ἐκ τῶν ἐκκλησιαςικῶν αὐτῦ σὐντάζεων χοὐ τῶν σὑν αὐτῶ άγίων πατέρων, XV1. abloluitur articulis. - Eiusdem σύμβολον πίσεως δια κεθαλαίων /β. - Eiusdem differentia inter imaginem et crucem Christi, syllogismis decem. - Ex epistola Niceph. ad Leonem papam rom. — in cod. CCCLXIII. qui continet collectionem conciliorum breuissimam, sub finem fragmenta ex Nicephoro, patriarcha, teste Montfaue. 1. c. pag. 193. 269. et 563. - In cod. XXXII. Iynod. Moljuenf. nr. 55. Niceph. canones in Two ExxAnguesikar The τε συντάξεων και των σύν αυτω άγιων πατέρων περί διαφόρων κεφαλαίων et nr. 56. ex aliis ciusdem canonibus, noi eis ras enivea Douevas diarazers rav ayiar anosonav telle cel. Matthaei in notitia codd. MSSt. gr. biblioth. Molquenf. S. Synodi, p. 54. - In codd. bibl. -publ. Parif. funt ranones Niceph. n. in cod. MCLII. nr. 2. MCCLIX. nr. 11. canon. ecclef. triginta septem. - In cod. MCCCXXXVII. Nic. confessories canones 27. -In cod. MCCCXXXIX. nr. 3. can. 36. — In cod. MCCCXXXXII. nr. 4. canones ex illius conflitutionibus excerpti; — in cod. MCCCLXXIV. nr. 4. canones, et in cod. fequenti nr. 8. canones XXXV. - In cod. CLXIII, bibl. elect. Bauar. Niceph. canones fec. catal. codd. gr. p. 63. — In cod. caefar. Vindob. CCLXXXIII, nr. 3. excerpta ex Nicephori et patrum cum ipfo congregatorum conflictutionibus ecclefiaft. (Lamber. comm. Vol. V. p. 475.) — In cod. XLV. nr. 66. canon quintus de hebdomade quinquagefima. (Lambee. VIII. p. 948) in cod, LI. nr. 13. canones 36. et 18. Niceph. observatt. et conflitutiones canonicae de variis argumentis, (Lamb. ibid. col. 989. et 993.) - In cod. LII. nr. 5. et cod. LIII. nr. 5. Canones eccl. 36. (Lamber. ibid. col. 1001. et 1006.) — In primis laudandus est cod. Vindobon. XXXXV. in quo funt Nic. canones eccl. fex et fexaginta, et quem late diligenterque describit Kollarius in supplem. I. ad Lambecii comm. pag. 321. sqq. - Ille de Nicephoro, patriarcha, confulere iubet, praeter nostrum Fabricii locum, Mansium in supplementis ad concilia, a Labbeo et Cossartio edita, tom. I. p. 775. et 806. nec non in nouissima amplissimaque conciliorum editione Veneta tom. XIV. p. 119. sqq. et, "ab iis eruditissimis, ait, duumuiris, discimus, hos, de quibus nunc ago, canones nusquam adhuc a quoquam en serie atque ita plene, vt in hoc noilro codice habentur, in lucem elle protractos." Tum animaduertit, incod. CCLXXXIII. Vind. antea iam memorato, exstare ex Nicephori canonibus excerptos canones quadraginta multo vtique plures, quam ex Cotelerio ediderit Manfiur conciliorom edit. nouiff. Venetae 10m, XIV. p. 129. codd. autem LI, LII. LIII. Vindob, citatos conferuare cosdem ipfos septemdecim canones, quos ex jure grseco-romano reliquis praeposuit Mansius lau latae conciliorum editionis tom. XIV. p. 119, atque quatuor illos codd. caefar, futuro Nicephori canonum editori in primis commendat. Nouam vero editionem canonum, quum neque fua serie neque iusto numero circumferantur, necessariam esse iudicat. Denique obseruat, Mansium ex diversis operibus depromtos protulisse LXIX. cann. sed, si semel arque iterum repetiti demantur, legitimum cum hoc codice Vindob, numerum conuenire. - Eodem Kollario pag. 770. l. c. prodente, in cod. CXXXVII. nr. 5. et 6. funt tria Nicephori vaticinia.

Digitized by GOOGLE

ticinia. - Niceph. canones eccles. citantur in cod. Laur. Medic. IV. in expositione factor. praeceptor. et in cod. XXV. plut. IX. fiue thef. orthod. fidei. v. Bandin. catal. codd. gr. Vol-I pag. 99. et 434. - Kucianedeculov TE acxienionóne Nixrobee. Mosquae ex offic. Ridigeri et Claudii. 1796. II: Voll. IV. - Niceph. de fide christiana et alia opp. in varis bibl. obuia, quae Montf. in bbl. bblioth. MSSt. indicarit, ea in indic. v. Nicephor. P. CPol. quaeras velim. — Fabrie/infra in Vol. XI. libr. VI. cap. 3. pag. 166. Iqu. reddidit gr. ac lat. ex Nicephori CPolit. epiftola fynodica ad Leonem III. papam, partem eam, in qua feptem fynodi breuiter describuntur et probantur. — Nicephoro, patriarchae CPolit. in cod bbl. publ. Parif. MCCCLXXIII. nr. 3. tribuitur carmen de ieiuniis Graecorum ad Meletium, monachum, et confector catal. II. p. 310. ineditum, ait, vt opinor. Incipit πεντος Σεπτέμβειος aern ruyzaves re ivointe. - Eidem in cod. Veneto Marc. CDXCVIII. adler Litur opule, in Herodiadem et reliquas improbas mulieres, forfan ex alio opere excerptum. Harl.

Idem quoque fuerit cum noltro Nicephorus, Chartophylax magnae ecclefiae CPol. I verum eft, quod notatur in orthodoxographis, 'a Chartophylacis munere peruenific ad epifcopatum ecclesiae CPolitanae. At circa a. C. 560. vixisse tunc non potest : nullus enim illis temporibus episcopus siue patriarcha CPol. Nicephori nomine. Verum [1] pulcre cum illa fententia congruit, quod Caueo Nicephorus Chartophylax videtur claruisse circa a. C. 801. Patriarcham enim creatum a. C. 806. iam a me adnotatum eft. Sed vicifim exflant ad Nicephorum, Chartophylacem, interrogationes MSS. Maximi Monachi. Vide Lamber, lib. VI. p. 56. Qui Maximus si idem sit cum confessore, a. C. 662. defuncto, etiam Nicephorum hunc ad faeculum feptimum referri atque a patriarcha diftingui oportet. Vtut fit, Nicephori, Char-tophylacis, fragmentum ex epifiola ad Theodofium, monachum Corinthium, de ligandi foluendique potestate, latine legitur in orthodoxographis a. 1555. p. 936. et a. 1569. pag. 74. et ad calcem Philastrii, Basil. 1539. 8. pag. 404. feq. atque in quibusdam bibl. patrum editt. vt Lugd. tom. XII. pag. 547. et Colon. tom. VII. et Parif. 1589. 1654. tom. III. *) Epiftolae duae ad eundem Theodofium de quaeflionibus quibusdam, gracee et latine exflant in Iure gracco romano Freheri tom. I. pag. 341-344. et in editione Bonefidiana graec. p. 197. et lat. p. 233. Occurrit etiam latine in adpendice ad bibl. patrum Bigneanam a. 1579. et in ceteris, quas iam memoraui bibliothecae patrum editionibus, vt Lugd. tom. XII. p. 546. feq. Fabr. Ma. ximi, Mon. quaestiones facrae miscell. ad Nicephor. Chartoph. funt in cod. Vindob. XVII. 3. v. Lambec. comm. VI. part. I. p. 125. In cod. bibl. Vindob. XII. nr. 17. et 18. funt duae illae epistolae Niceph. Chartophyl. ad Theodosium, monachum, canonica; atque Kollar. in supplem. ad Lamb, comment. col. 116. Iq. non folum fulpicatur, Nicephorum, Chartophylacem, floruisse incunte facculo nono; sed etiam adnotat, cod. caesar. et aliquanto copiosiorem esse exemplo Freheriano, et adeo differre ab eo, vt ad eam diuersitatem commonstrandam noua illius editione opus sit. In altera quoque, cum priore continuo scripta, epistola locus de Iogunis Nefteutae libello poenitentiali, vt fufpicatur Kollarius, et alia quam plurima emendatius plenius in cod. Vindob. scripte sunt, quam a Frehero fuerúnt typis edita. Ex epillo-

k) Alias edd. v. in catal. bibl. Leidenfis, pag. notitia laudata p. 52.) eft Epurola Numpige xupra-

er. -- In cod, XXXII. ur. 9. (teste Matthaei in Gunnes. To hoar ng) despas rois apxupeves. H.

Vol.V. p. 298729

Digitized by GOOS

lis

ALII NICEPHORI

Lib. V. c. 1. 600

is Niceph. Chartophyl. ad Theodofium, monachum Corinthium, continentibus folutionem quarumdam quaestionum, excerpta funt in cod. Laur. Medic. II. nr. 82. plut. V. et Bandin. in cat. codd. gr. IL pag. 9. plura hic effe excerpta, quam in Leunclauii iure gr. rom. libr. V. p. 34. observat. — In decreto, edito circa vnioném synodi cum Leone Chalcedonenii et circa piam sententiam de adoratione imaginum, ab imperatore - Alexio Comneno, (quod decretum Montfaue. in biblioth. Coisl. p. 103. Iqq. ex cod. Coislin. XXXVI. graece cum lat. versione vulganit,) inter congregatos occurrunt Nicephorus, Gangras episcopus, et Nicephorus, diaconur, olim Chartophylax. — In cod. Coislin. (v. Montfauc, bibl. Coisl. p. 325.) epistola ad Methodium, mon. responsiones ad XVII, interrogata comprehendens, tribuitur Theodoro, quam fub Niceph. CPol. nomine gr. et lat. vulgauit Coteler. tom. II. monumentor. eccleliae gr. p. 453. Harl.

Vita Dionysii, Areopagitae, quae Nicephoro, CPolitano, tribuitur in catalogo Barberinae bibl. et exstat in edit. Dionyfii Corderiana tom. II. pag. 204. petita est ex libro II. Nicephori Callifti hift ecclef. cap. 20. Quemadmodum scholia in Synessium, eidem Nicephoro, CPolitano, adferipta in eodem catalogo, conftat effe Nicephori Gregorae. Fabr. Vitam. Ioannis Cappadocis scripsit Nic. CPol. in cod. Paris. CCLXXVI. v. infra, lib. V. c. 40. Vol. X. p. 164. vet. ed. Harl.

Alius fuit NICEPHORUS, presb. magnae ecclefiae S. Sophiad CPoli, cuius vita S. Andreas, cognomine geody, five fimplicis, feripta post faeculi decimi medium, quae graece e MS. Vaticano et Mazariniano ') cum Conradi Ianningi versione et notis exstat in actis santor. ad 28. Maii tom. VI, et centum amplius paginas complet. Habetur et MS, in bibl. Vindobonenfi. Vide Neffelium parte V. pag. 173. Andreas vero iste non fuit sub Leone Thrace faec. V. fed Leone fapiente, et deinceps, faec. X. vt lanningus animaduertit. Citat MS. Cangius ad Zonaram pag. 29. et alibi.

Alius quoque NICEPHORUS II. patriarcha CPolitanus post Arfenium, antea Ephefinus episcopus, clarus sub Michaële Palaeologo circa a. C. 1259. Incertum, huic ne tribuendum Onirocristicon, quod sub Nicephori, CPolitani patriarchae, nomine versibus iambicis fertur, [1] et ex Aframpfycho magnam partem est descriptum, de quo dixi lib. IV. Fabr. cap. 15. p. 266. Vol. V. Nicephoro, patriarchae CPolitano, tribuitur oneirocriticon in codd. Parifin. MMCDXCIV. nr. 12. MMDXI. vbi plura alia exflant oneirocritica, et MMDCXXV. vbi margini cod. Suidae versus oneirocritici. - nec non in cod. Medic. LII. nr. 16. plut. 32. v. Bandin. cat. codd. gr. II. p. 212. Add, Lamber. comm. de bibl. Vindob. caef. V. p. 488. fq. et Vol. VI. p. 253. vbi in cod. XX. nr. 5. Niceph. eidem tribuitur Oneirocriticon, Harl.

Alitie

MMCDXCIV. nr. 15. funt excerpta ex libris An- loquentes Andreas ille et S. Epiphanius. - De catal. codd. Parif. II. p. 510. quae fub mundi fi- dedit Lambec. comm, VIII. col. 804. fqg.

1) In cod. Parif. MDXLVII. nr. 3. in cod. Parif. nem evenire debent; finguntur autem inter so coldreae +3 dia zersov sub3, vbi de, iis, ait suctor cod. Vindob. XXXVII. plura feripfit et excerpta

Vol. VII.

Vol. V. p. 2997300

Hhhh

610 Lib. V. c. I. ANSELMI BANDURII CONSPECTUS

Vol V p 3007624

Alius denique NICEPHORUS, philosophus et rhetor, CPoli, qui oratione funebri celebrauit S. Antonium cognomine Couleam, patriarcham CPolitanum, a. C. 895. defunctum. Exstat $\lambda \circ \gamma \circ s$ ille $i \pi i \pi \circ \varphi \circ s$ latine apud Surium et Bollandum ad XII. Febr. graece MS. in bibl. Caefarea Vindobonenti, et fortasse in aliis. Fabr. In Lamber. comment. de bibl. caef. Vol. VIII. p. 178. fq. est oratio in cod. XI. nr. 20 vbi Lamb. obitum Antonin Caulae cum Baronio, Labbeo et Ricciolio adferit a. 890. et dicedit a rationibus Bollandi atque Henschenii, (quos fequutus est Fabricius h. l.) qui în actis SS. annum mortis 895. ponunt, refutarque Freherum in Chronol. Iuri graeco-rom: praesixa atque G. I. Vossium de historicis gr. lib. II. cap. 26, obitum Antonii referentes ad a. Chr. 901.

Ilic, quoniam, quantum scio, Bandurii edit. non vidit lucem, subiungam statim Bandurii con/pessium, quem Fabrie, in vet. edit. demum in §. XXV. p. 624. sq. typis repetendum curarat, et ad quem plures prouscare solent. Equidem graeca omisi, nomina tantum auctorum posui aut contraxi, praecipue lineolas, vt chartae parcerem. Harl.

[P] ANSELMI BANDURII, confpectus operum S. NICEPHORI, patriarchae CPol., quorum pauca hactenus edita fuerunt, edendorum propediem duobus tomis in fol. cum interpretatione Latura, notis atque VIII. Differtationibus criticis, dogmaticis et historicis.

Erudito Lectori.

Inter Constantinopolitanos praesules, nullus ab aeuo Chrysostomi suit tot doctrinae pietatisque dotibus exornatus, quot Nicephorus ille, qui octauo saeculo omnes Iconoclastarum impetus excepit, scripta et molimina egregie repulit. Eius opera a multis tentata, hactenusque tamen in variis bibliothecis latentia, cum in lucem edere animus sit, doctorum opem et consilium expetere cogor; tum, vt, si quid in bibliothecis extet, hoc in catalogo non expressum, ea de re me commonefacere non dedignentur; tum, vt, si vspiam pauca illa, quae temporum iniuria in manuscriptis nostris exciderunt, quaeque su loco notauimus, reperiantur, ea nobis ad publicum sum commodare ne grauentur.

Quanti vero aestimanda fint istaec opera, etsi res ipsa per se loquatur, paucis tamen recentere ne pigeat. Hic Iconomachorum omnes sententiae, impia dicta, et molitiones aperiuntur, et incredibili diligentia confutantur; qua in re nihil perfectius hucusque in lucem prolatum est. Hic bene multa, ad historiam pertinentia, et ab historicis intacta, narrantur; ac vbique absoluta et varia in rebus, cum ecclesiasticis, tum profanis, Nicephori eruditio deprehenditur. Constantini Copronymi, quem Mamonam vbique nuncupat, aufus in remeranda religione varii, doli, frandesque, furor in Christianos, machinationes contra piam fidem, admixtis subinde rerum gestarum monumentis recensentur, eiusdemque impia doctrina pro virili refellitur. Hic Eusebii Caelariensis dogmata, vt impia et a christianae fidei sinceritate aliena, constutantur: nam inter Graecorum praestantistimos Eusebius, vt Arianus et haereticus (nec fortalle iniuria) semper ") habitus est: in his vero quae Eusebium spectant

Digitized by

э(

m) Vide tamen, quae pro exculando Eulebio lupra pag. 33%.

Vol. V. p. 624 626

OPERUM NICEPHORI CPOL.

Lib. V. c. I. 611

spectant, multa habentur [P] hactenus inedita et ignota, quae ad illorum temporum historiam apprime conducant. Epiphanidis item cuiusdam, cuius nec actas, nec nomen ita competta sunt, sententia adfertur, ac vipote impia et letifera profligatur. Quodque, meo quidem iudicio, praestantissimum cA, multa noua et inobservata de Synodo secunda Nicaena profert; ils longe finceriora, quae iam in collectione Synodorum comparent; vtpote quae ab oculato tefle, qui rebus etiam intersuerit, tradantur. Multa item sanclorum patrum vel fragmenta, vel etiam opuscula, paene integra nondum edita, hic passim inferta nec sine voluptate reperias; in his Macarii Magnetis, vix noti fcriptoris, qui, tefle Nicephoro, primis ecclesiae faeculis floruit, pretiofa anosnasuaruaria quam plurima, quibus alia eiusdem scriptoris fragmente, ad doctrinam ecclefiafticam perguam vilia, a doctifiimo et humanifimo Ioanne Boissino accepta, adiunximus. Nec fine examine ille et perquifitione, patrum opera in medium adfert, sed sicubi opus meel yungiornros vel vogeines adcurate et sagaciter edissert. Non immerito igitur vir tantus passim a scriptoribus cum acqualibus, tum subsequentis acui, a doctrina, a religione, a disciplinarum omnium scientia, laudatur: in his primas tenent Ignatius, eius vitae scriptor, Theodorus Studita, Photius in bibliotheca et alii, quorum testimonia initio operum eiusdem Nicephori adferemus. Etfi vero nunc primum Nicephori opera isthaec in lucem prodeant, non defuerunt, qui antehac ea publicare voluerint. Inter éor Combefifius, vir de re literaria optime meritus, vt videre est in praefatione ad vitam Nicephori, At five aliis distentus negotiis, five morte praeoccupatus, aliis rem dimisit; cuius promista fi expleamus, nos pergratum literatis omnibus facturos confidimus. His differtationes criticas, dogmaticas, hiltoricas ad operis elucidationem, vt in laterculo videre licet, adiiciemus. Prodeunt autem isthaec ex codicibus regiis MDCCCXXVI. MCMLXXXIX. MMCCCLXXVIII. exque Colbertino CCCLXIV. ") Hisce porro ineditis operibus, alia omnia subiungemus, quae publici iuris sunt, quaeque ordine digesta in fine sequentis laterculi reperies. Haec omnia vero duobus in folio tomis complectemut: nisi fortaffe ampliorem fegetem ex Vaticana bibliotheca eruere liceat, vbi iam omnia fludiosis patent beneficio summi Pontificis CLEMENTIS XI, qui ad bonum reipublicae, cum [P] ecclesiafticae tum litterariae natus, et ad fassigii culmen euectus est, litteris et ipse graecis omnique doctrinae genere apprime excultus. Neque silentio mittere licet, cui hoc otium et hauc litterarum colendarum facultatem debeamus, Is est COSMUS III. Magnus Hetruriae dux. - Huius magnificentiae, fi quid ad studiosorum vsum opportune dabitur, totum siue a nobis sine ab iis, quibus ex tenuitate nostra quidpiam veilitatis et fructus obuenerit, acceptum referatur. Huius item beneficio alia nos literarum monumenta in lucem emittere per otium paramus: in quibus Theodori, Mopsuesteni, Commentaria in duodecim prophetas: Philonis Carpathii in Cantica genuina commentaria; Helychii in plal. mos: quae omnia ex bibliothecis eruimus; et alia quoque, si votis nostris fauerit Deus. Nos item multum debere profitemur Clementi, bibliothecae regiae custodi, qui nobis huiusce vere regiae supellectilis ad nutum copiam fecit: nec minus Cl. Boisinio alteri custodi, qui catalogum operum 8. Nicephori, ab fe accuratifiime concinnatum, nobis perhumaniter obtulit,

vnde prospectum nostrum, et ex ipsis codicibus, adornauimus. Hhhh h

Lequien

Neque tacendus Michoel

*) Addendus codex bibl, Coislinianae, de que Montsaucomus p. 143.

Digitized by GOOGLE

612 Lib, V.c. I. ANSELMI BANDURII CONSPECTUS

Lequien ex familia dominicanorum, vir cruditus et officio plenus, cuius item opera et confilio frequenter vii fumus. Sed nihil p o meritis vnquam dicere poffim de dochifimo viro nobisque fumma necellitudine coniuncto R. P. D. Bernardo de Montfaucon, cuius opera, contilio, exemplo ad haec ac pleraque alia capeffenda animum adpulimus, cuius confilio gallicum iter fascepimus et graecarum Molarum, quas a puero colueramus, fludio, nos toras addiximus. Hi nobis aggrediendi operis auctores fuere. Iam veto superest vt eruditorum confiliorum iudicumque expectemus.

Parisiis in Monasterio sancti Germani a Pratis IV. Kal. Iunii M. DCCV.

ELENCHUS OPERUM S. NICEPHORI PATRIARCHAE CFOL.

Edita afterifeis notantur, locusque in margine indicatur.

томуз I.

Praeliminaria Interpretis.

Praefatio generalis. — Praefatio de iis, quae hoc volumine continentur. — Differtatio de Nicephoris, eorumque scriptis. — Vita *) fancti Nicephori, patriarchae Constantinopolitani, descripta ab Ignatio, diacono, eius discipulo. — Oratio Theophanis, presbyteri, habita in translatione eius reliquiarum. — Chronica synopsis fanctis Nicephori, patriarchae CP., Acta ac scripta ordine annorum digerens; ex eiusdem Nicephori vita, ex episiolis fancti Theodori Studitae, aliorumque auctorum monumentis. — Veterum testimonia de sancto Nicephoro, patriarcha 'CP.

Sandi NICEPHORI, patriarchae Constantinopolitani, pro irreprehensibili et pura Christianorum side Capita LXXXIII.

Haec Capitum distinctio sumta est ex codice Colbertino antiquistimo: Capitum autem argumenta toto opere persetto restituta sunt.

I. Procemium. Suum effe cuilibet rei tempus, iuxta Salomonem: Fidei antem defendendae tempus nuncadeffe. II. Melius facturos homines, si, omitiis inutilibus quaeftionibus, futurum iudicium, vitamque aeternam medirentur. III. De fidei progreffu a prima vsque origine: vt varie pro variis temporibus diuina prouidentia hominum faluti confuluciir: de lege veteri: de falute humani generis per Christum reparata. Theologiam a fauctis Doctoribus abunde esse hactenus explicatam. IV. De peruersis iconomachorum opinionibus: eas a fynodis iam [P] pridem esse damnatas: easdem nunc in perniciem ecelessa reuiuiscere. V. sconomachorum vitia: eos gulae praeserim ae ventri deditos esse. VI. Continuatio inucctiuae in Iconomachos: eorum plerosque. Concilio Nicaeno subscriptule, deinde mutauisse fententiam: mox depositos, ac facerdotio primatos turbas mouisfe.

Digitized by

o) Exflat gracce in actis fanctor. tom: II. Martii p. 704. et latine, p. 294.

Vol. V. p 623-630

Z.

OPERUM NICEPHORI CPOL.

Lib, V. s. I. 613

Digitized by GOOGIC

VII. Vt iconomachi lingua et manu in ecclefiam ac res facras graffan fint. Pathetica ac vehemens declamation. VIII. Iconomachi cum Iudaeis colleti, Christian per illos fecundo se tertio pállum elle; eius nempe imaginibus violatis ac deformatis. IX. lidem collati cum aedificatoribus turris Sennaar, item cum lanne et Manibre, cum Alexandro et Hymenaco, cum filiis Core ac denique cum ferioribus Babyloniis, qui Sufannam calumniati funt: adjunxisse fibi iconomachos collumen hominum vilisimorum. Quam ob causam permiferit Deus ecclefiam turbariet orthodoxos vexari? Inucctina in corruptifimos facerdotum X. Duplex iconomachorum blaspheniia: prima, idololatras effe eos, qui imamores. gines colunt: altera, corpus Christi incircumscriptum esse: primum errorem conari eos testimoniis fanctorum patrum confirmare. XI. alterum, Arianorum ac Manichaeorum testimoniis aditruere. XII. De Eusebio, Caefar enti, deque Ariana haerefi. XIII. Teftimonia fanctorum patrum male intellecta, ac trunca ab iconomachis viurpata. XIV.-Invectiva in eos, a quibus schisma denuo excitatum. XV. De perfeguutione ab iisdetn XVI. De his, qui metu amittendi bona vel dignitates, haerelin amplexí funt. fulcitata. Iconomachorum mores. Christi, apostolorum, ac prophetarum dicta, aduersus eos prolata. XVII. Crimina orthodoxis objecta ab iconomachis. De Synodo feu Pfeudo-Syn-XVIII. Expositio fidei orthodoxae. — De Deo vno ac trino. odo Copronymiaña. XIX. De Chrifto. [P] XX. De Christo feu de incarnati verbi mysterio fusius. XXI. De duabus in Christo naturis, ac de vnione hypoflatica. XXII. Duas effe in Christo voluntates, et operationes duas diverfas. XXIII. De adoratione duplici: de imaginum cultu: de ob-XXIV. Quinam fint idololatrae. Iconomachos Dei hoftes effe. iecto idololatriae crimine Dicta prophetarum contra Dei hofles prolata. XXV. Epifcoporum ac facerdotum impietas per profopopoeiam amplificata. De fecunda Nicaena Synodo. XXVI: Argumentum contra iconomachos petitum ex iis verbis, quae in Liturgia recitabantur, anesartígas juãs της πλανης των εδώλων, etc. Id eft. cum nos ab errore idolorum reuocasset, etc. XXVII. In illa iconomachorum verba, nifi nos Constantinus (Copronymus scilicet) ab idolorum infano cultu liberaffet, Christus nullu modo falutem nobis adferre potuiffet. Iconomachos in ipla facrorum mysteriorum celebratione pugnantia et dicere et facere. De religionis chriflianae progressu ab ipla vsque origine. XXVIII. Si Christus ecclesiam suam ab idolorum cultu liberare non valuit, quae sequantur inde absurda? XXIX, Argumentatio in Sacerdotes, iconomachos, dicentes, fe idololatras fuisse. XXX. Duo esse idololatrarum genera: item diversum esse idolorum et imaginum cultum XXXI. Multos coli ab idololatris deos, habitu ac figura varios; vnum a Chrissianis. Sacrificiorum diversitas. XXXII. Alia argumentatio inconca contra iconomachos, dicentes, seruiisse fe idolis. XXXIII Duplex criminatio ab iconomachis excogitata; prima in ipfam Chrissi imaginem; altera in Chrissianos: Iudaeis ac Graecis peiores effe iconomachos.

Part altera huius Apologetici, in qua probatur ex fatris feripturis, omnus gentes ab idolorum cultu virtute Christi likeratas esse, et ecclesiam universam errare non posse.

XXXIV. An ea, quae iconomachi docent, congruant cum facris feripturis, diffisque pro heticis? Sequentur prophetarum dicta, ordine chronologico Dauidis verba, et ad ea obternationes lanchi CP. patriarchae. XXXVI. Verba Michaeae. Oleae,

Hhhh 3

614 Lib. V. c. I.

ANSELMI BANDURII CONSPECTUS

Vol. V. p. 630 631

Taber-

Digitized by

XXXVII. Verba Sophoniae et Ofeae, et Habacuc, cum explicatione, et observationibus. Zachariae cum explicatione, et observationibus. XXXVIII. Christianos ab idolorum cultu longiflime abesie : quae fuerit martyrum, quae ascetarum, et auachoretarum fides. XXXIX. De diis gentium ac fabulofa theologia. Superflitiofum idolorum cultum abolitum effe, ex que Chriftus in mundum venit. XL. Coli ab orthodoxis Chriftum: coli item eius imaginem: scilicet corpus Christi pingi potuisse, circumscriptumque et passibile fuisse. Verba Malachiae et Isaiae, cum explicationibus, et observationibus. XLII. Observationes XEIII. Isaiae verba, cum explicatione et observationibus. ad`verba Ilaiae. XLIV, Alia Ifaiae verba, cum observationibus et explicatione. XLV. Verborum Ifaiae explicatio. Alia eiusdem prophetae verba. Apostolorum Pauli, Ioannis, et Petri dicta, cum propheticis congruentia. XLVI. Ilaiae verba cum explicatione et observationibus. XLVII. Ilaiae et Paulli, apostoli, verba de purificata ac sanctificata a Christo ecclesia, et eius cum Christo XLVIII. Excursio in iconomachos. Verba prophetica, Isaiae scilicet. XLIX. vnione. Falium eft, quod iconomachi dicebant, auersum esse, ac alienatum a Deo populum eius. Refutatio per dilemma. L. Id agere iconomachos, vt Christum fua et dignitate et virtute spolient. Iconomachorum verba cum euangelicis collata. LI. Eosdem et patri iniuriam · facere et spiritúi fancto. Ieremiae verba cum explicatione et observationibus. LII. Alia Ieremiae verba cum explicatione et observationibus. LII. Alia Ieremiae verba cum explicatione et observationibus. LIII. Quam dulcia fint Dei eloquia ac promissa. LIV. Ezes chielis verba. LV. Explicatio prophetiae praecedentis, et ad eam observats. Alia eiusdem prophetae verba cum explicatione et observationibus. [P] LVI. Alia Ezechielis verba cam explicat. et observat. LVII. Alia Ezechielis verba cum explicationibus et observationibus.

Numeri sequentes a Cl. Boiuino restituti sunt- Nam codex Colbertinus, ex quo distinctio capitum sumta est, mutilus est hoc loco.

LVIII. De Daniele, propheta: eius verba, cum explicatione et observationibus; LIX. Epilogus, seu conclusio propheticorum testimoniorum, supra adlatorum. Excursio in iconomachos. LX. Vt ab iconomachis templa ipsa profanata sint, ac deformatas item facra vestimenta ac vasa. LXI. Ne ipsis quidem libris euangelicis eos pepercisse: quid distent pisturae a scripturis, siue historiae pictae ab iis, quae scriptae sunt. De praestantia et vuilitate picturae. LXII. Iconomachos euangelii contentores esse, ac violatores. LXIII, Eos et Christo et fanctis bellum indixisse. Prosoposia. Iudaeis peiores esse sele iconomachos. LXIV. Iconomachi imaginem Christi oderunt, vt panthera hominis effigiem. Querimonia feu lamentatio ob profanationem templorum.

Apologetici tertia pars.

LXV. Quas rationes habuille le dicant iconomachi destruendarum imaginum: ese rationes refelluntur. LXVI, Vtilitas imaginum. De lege Mosaica. Do gratia, quae Christo auctore legi successifit. LXVII. Lex et Gratia inter se collatae. Non posse simul stare idololatriam et gratiam. LXVIII. Quantum gratia et veritas legi et figuris praestent: De Sacerdotio Christi, De facrificiis ab eo institutis. De tabernaculo ac ceremoniis. LXIX.

OPERUM NICEPHORI CPOL.

Vol. V. p. 631-634

ΪΞ

,₹.

TE. XĽ

COL

Z

Ċ

Lib. V. c. I. 615

Tabernaculum vetus cum novo collatum. De mediatore seu ministro. De pontifice, de candelabro, de menfa. De pane, de fastificio, de arca ac propitistorio. - Prooe-LXX. De cherubinis aurcis, ipsius Dei iusin famium fulioris disputationis de cherubinis. bricatis, et arcae impositis: veneranda fuisse simulacra illa, multis de causis, LXXI Pretiofa effe ac veneranda ea, quae ad Deum peculiari aliqua [P] ratione referuntur, et ad eius gloriam pertinent. Imagines cherubinorum cum knagmibus Christi collatae: imaginum vlum antiquillimum elle, et ipfi ecclefiae coaeuum. Quantum pracflent facra nouae legia, LXXII. De templo Salomonico. De templo, post transmigratio- 6 veteris tellamenti lacris. nem babylonicam aedificato. Quanta vtriusque gloria fuerit. LXXIII. Illam templi ac veterum facrorum gloriam euanuifle, ex quo veritas umbrae fucceffit. Christianorum templa cum Iudaeorum templis collata. LXXIV. Quantum nous facra veteribus praestent. Iudaeis, templi inflaurationem negligen ibus, indignarum effe Deum; quanto magis iconomachis, tem-LXXV. Si Chriflus carne adfumta homines nihil-iuuit, necesse este, vt pla euertentibus? vel nesciverit, vel nolucrit, vel non poruerit. LXXVI. Abfurdum effe primum. LXXVII. Item fecundum, ac tertium. LXXVIII. Christum et sciuisse, et voluisse, et potuisse faluos nos facere. LXXIX. De fide et incredulitate. Fidem Christianorum effe irreprehenfibilem. LXXX. Quaenam vere impura et immunda fint. Non effe repudiandas imagines ob incredulitatem ac dementiam iconomachorum. LXXXI. De iconomechorum pertinacia ac duritie. Octingentos annos praeterisse, ex quo imaginum cultus in ecclesia vigeat. LXXXII. Qui per omne illud tempus vixerunt, an idololstrae fuerint? quam absurdum sit id dicere. LXXXIII. Inuectiua in iconomachos. Operis totius epilogus.

Praeliminaria Interpretis.

Adpendix ad librum fuperiorem, fiue felectae fententiae ac fidei regulae, ex facris foripturis et ex libris fanctorum patrum excerptae. — Praefixum est procemium, in quo de iconomachorum temeritate circa ea quae funt fidei; de fugiendis vanis quaestionibus; de fidei praestantia, etc. —, Testimonia scripturarum Ioannis, Pauli, Iestiae, ac fanctorum patrum, Io. Chryfostomi, Cyrilli Alexandrini, Chryfostomi, Basilii, Gregorii Nyssens, Dionysti Atheniens, et Athanasii.

[P] Differtatio de Conftantini Copromymi, qui a Nicephoro Mamonas est adpellatus, vita, moribus, dostrina, ac scriptis.

Antirrheticus liber, feu refutatio ineptiarum, quas irreligiofus Mamonas contra falutarem Dei verbi incarnationem indocte et impie effutiuit, capitibus L. I. Procemium. Duplex crimen orthodoxis obiectum effe ab iconomachis: primum, quod idolis feruirent: alterum, quod Christi [1] corpus, tamquam circumfcriptum, pingerent. De primo actum fupra: de lecundo, actum iri in hoc et sequentibus Antirrheticis. II. Invectiua in iconomachos. III. Eos idem cum Manete sentire. IV. Item cum Ario. V. Renovari ab iis varias haerefes. VI. Generalia concilia nihili ab iisdem facta. VII. Argumenta eorum futilia este, ac vix refutatione digna, confundi autem ab iis illas voces, avgentrov, et interi-

6r6 Lib. V. c. I. _ ANSELMI BANDURII CONSPECTUS

Vol. V. p.694-036

Digitized by

VIII. De libro dogmatico, cuius auctor Mamonas, quo ordine, qua meaneeiyeantoy. IX. Procemium illius libri, vt Mamonas fimulata pietate beneucledthodo lit scriptus. K. Ad illa Mamonae verba: Santta Dei et catholica nostra ecclesia; camdem tiam captet. ecclefiam ab illo et catholicam vocari, et idolicam, feu idolis addictam. De Mamonae impietate et facuitia. XI. Ad illa Mamonae verba; Ita traditum confitetur; traditionem ecclefiasticam ab eo agnosci simul et repudiari. XII. Ad illa eiusdem verba; Non mutata diuiwitate in carnem, etc. incipere inde Mamonam seipsum prodere, de incarnatione verbi-male fentientem. XUI. Ad illa çiusdem verba; Etf omnis imago deriuata a prototypo aliquo nofcatur; non cohserere haec cum superioribus. De malignitate Mamonae, virus suum XIV. Mamonas orthodoxus se initio mentitus: deinde, prodita erenomere praefestinantis. roris fui turpitudine agnitus, cum graculo Aelopico, furtiuis plumis nudato, comparatur, XV. Ad illa Mamonae verba: Quamuis item eiusdem sum effigiato naturae, etc. Non magie hace ad rem effe, quam luperiora. Confundi a Mamona imaginem, arte factam, cum XVI. Si imago eiusdem sit essentiae sou naturae cum re effigiata, quot imagine naturali. inde fequantur ablurda? XVII. Ad illa Mamonae verba: Vt totum seruetur, etc. Non effe imaginem id, quod prototypo per omnia fimile fit, ac nihilo ab eo differat. XVIII, Ne logicae quidem artis cognitionem vllam Mamonae effe. Eum per iguorantiam imaginis notionem penitus evertere. XIX. Ad illa Mamonae verba; Quarrimus a vobis, quomodo fieri posti, vt dominus noster Iesus Christus, (qui ex duabus naturis, corporea et incorporea, per vnionem inconfusan persona vna est.) depingatar, hoc est, estigietur. Solu-XX. Mamonam naturas in Christo confundere, licet inconfusa ditio illius quaestionis. cat: Christium, cum Deus fimul et homo fit, fumul effe et yeartor et ayeartor. XXI. Ad illa Mamonae verba; Quoniam et alteram naturam, incorpoream, carni unitam, habet, etc. Ex eo, quod naturae in Christo vnitae fint, non fequi, carnem esse incircumscriptam; inconfulam enim este vnionem. XXII. Si propter vnionem hypoftaticam duarum naturarum in Christo, caro incircumscripta est, sicut ipla diminitas: pariter propter vnionem naturalem trium personarum in Deo, pater et Spiritus sanctus erunt geniti, sicut filius. XXIII. Ad illa Marnonae verba: Quoniam post unionem illam inseparabilis res est, etc. eum, qui solius carnis imaginem pingit, non affingere carni propriam personam, nec quartam addere Trini-XXIV. Mamonae verba; Id eft perfonam characterizans, ac statume: Christum creatati. turam elle dumtaxat, net divinam naturam ei inelle. Refutatio verborum. Christum ipfum Indario diuina vultus lui lineamenta impressiste. Iconomachos Iudaeorum aemutatores effe. XXV. De Mysterio incarnationis doctrina orthodoxa. Contra eos, qui dicunt, beatae Virginis corpus incircumscriptum fuisse circa illud tempus, quo Christus conceptus eft. Dilemma, XXVI. Aphthartodocetarum opinio, adfumtam a Christo carnen incorruptibilem Si Christi corpus incircumscriptum fuit, an illud a beata Virgine habuerit, an dicentium. beatae Virgini communicauerit? XXVII. Qui Chriflum circumscriptum negat, is et hominem este eum negat: qui hominis corpus pingit, is corpus ab anima non dividit. De Copronymi imaginibus sculptis pictisque. Inuectius in eumdem. Eum effigiem inam adoi rari voluisse. [P] Definitio archetypi. Definitio imaginis. XXIX. Definitio idoli. XXX. Imago relationem habet ad archetypum, et ab co differt effentia. Qui imagini illus XXXI. Etymologia vocis esnew, quas imaginem fignifidit, 'eum et archetypo illudere.

